APPARATVS ORATORIVS ET MORALIS

Ad

Vitas SS. Selectas Manuales

&

Notis moralibus illustratas.

[redacted] fra. *Auctore* [redacted]

R. P. *Antonio Lanceo*

Congreg. Oratorij Spoleti.

PERVSIÆ, MDCL.

Ex Typographia Episcopali, Apud Hæredes Angeli Bartoli, & Angelum Laurentium, *Superiorum Permissu.*

APPARATVS
ORATORIVS
SCINTILLAE
RETHORICAE

Pro

Laudatione

SANCTORVM

in genere:

Pertinet ad locu S. Lucie Caserte

Ad usu Fratris Theodori à Neapoli

CHRISTO IESV

A & Ω

LOquar ad Dominum Deum meum, cum sim cinis, & puluis. *Domine mi Iesu, & si* bonorum meorum non eges, *volo tamē omnia mea tradere tibi, qui omnia tua tradidisti mihi. Aequum enim est illud spōsæ,* Dilectus meus mihi, & ego illi. *Verum inter omnia mea, speciali quodam*

Genes. 18. 22.

Cant. 2. 16.

A *iure,*

iure, opusculum hoc meorum ALPHA libellorum ad te venit, qui es ALPHA. Nec
Apoc. 1. 8.
deest alia ratio, quando primitias & primogenitos omnes tuę sortis esse constituisti
Num 12. 13.
Tu Deus & non mutaris. Ergo, propitio ac sereno vultu respicere dignare quas tibi offero primitias, seu primogenitum ex litterario coniugio: neque despicias munusculum, qui paupercula
Luc. 21.
viduæ minuta non contempsisti, magis pensans affectum, quàm censum. At non satis Domine, quòd lubenter suscipias munus oblatum; vellem (confundor dicere, eò magis, quò debitum dixi, non donum) vellem dico, mihi illud præbenti contingere, quod Saba

Rex

Rex autem Salomon dedit Regina Sabæ cuncta, quæ voluit, & quæ postulauit, & multò plura quam attulerat ad eum. *Domine si calix aquæ frigidæ, te authore, non erit absque mercede sitienti donatus, quomodo ea fraudatus abibo, qui tot fontes laudum Sanctorum sitientibus oratoribus aperui quot locos vnde petendas indicaui? (sitientibus dico non extante, qui huiusmodi rei copiam fecerit) tum studio tuo parendi Spiritui ad id prouocanti.* Laudemus viros gloriosos *& infra* laudes eorum nuntiet Ecclesia, *cum te magnificandi charitate, in cuius laudem redundãt laudes Sanctorum, qui clamant laudati,* Non

Paral. 2. 9. 12.

Matt. 30. 42.

Eccl. 44. 1

✝ 2 nobis

Psal. 113. nobis Domine, non nobis
1. sed nomini tuo da gloriã.
Et confitentur nil habere, quod à te non acceperint, à
Ioann. 1. *te, qui es* plenum gratiæ,
14. & veritatis, & de cuius plenitudine omnes accepimus plenitudine. *At quam ais auare donator, pro munusculo tuo rependam tibi mercedem. Domine pro ALPHA æquum est ALPHA*
Gen. 15. *retribuere. Scio quod est merces magna nimis; verum extrema paupertas, extremæ est parens audaciæ.* Ego vir videns paupertatem
Ier. 3. 1. tem meam, *tantam audeo, quia tantam cogor postulare mercedem, quam si minus accepero meæ non consulo mendicitati; adeo* pauper sum
Psal. 39. 18. & mendicus. *Quid quid aliud*

aliud Domine, præter te, mihi tribuas, non ſuſcitas à terra inopem, & de ſtercore non erigis pauperem. *Dignare, dignare Domine retribuere, ALPHA humilitatis, ALPHA patientiæ, ALPHA charitatis, & omnium bonorum, quia anima mea repleta tantum eſt malis, omniſque boni principio caret. Quod ſi te mihi dederis vt ALPHA ideſt per gratiam: ſperabo tandem daturum vt OMEGA, ideſt per gloriam; quando meum quoque tibi tradidero OMEGA: non dico libellum obtulero, ſed vltimum ſpiritum in manus tuas commendauero.* Pſal. 112. 7

Amen.

INDEX
Scintillarum Canonum Rethoricorum in laudatione Sanctorum in genere.

Can. 1. *In diebus festis Sanctorum pretermissis cæteris thematibus concionum, de Sanctorum laudibus sermones instituendi.* pag. 1.

Can. 2. *Laudandi præsertim Sancti die annua celebritatis.* p. 3.

Can. 3. *In festiuitate plurium Sanctorum facilius & vtilius de vno tantum sermonem habere.* p. 4.

Can. 4. *Sanctorum vitæ, seu virtutes non ad pompam oratoris, & curiosam voluptatem auditoris, sed ad fructum imitationis celebrandæ.* p. 5.

Can. 5. *Virtus, quæ in Sancto præ cæteris laudatur, specialiter imitationi proponenda.* p. 8.

Can. 6. *Occasione virtutis, quæ laudatur, aggredienda aliqua exhortatio ad eam congruis, sententijs, & scripturis ostendendo præstantiam illius.* p. 11.

Can. 7. *Quilibet Sanctus magis excellit in aliqua peculiari virtute, ideòque in ea præ cæteris est diligentius laudandus.* p. 12.

Can. 8. *Laudes Sanctorum non deducenda à bonis externis, sed internis.* p. 13.

Can. 9. *Quando aliqua scriptura explicari potest, ut prophetica pronunciata de Sancto, quem laudamus, elegans est.* p. 17.

Can. 10. *Bene sumitur ab Euangelio currente occasio de Sancto apte loquendi per aliquam allusionem.* p. 21.

Can. 12. *Est etiam modus sermocinandi in festis Sanctorum, percurrere, & explicare Euangelia quæ leguntur in eorum festis, cuius rei exempla nimis vulgaria sunt, ideoque non adducenda, sicuti & minus imitanda.* p. 23.

Can. 13. *Pulchrius tractatur Euangelium in festis Sanctorum, si eorum contineat historiam aut monitionem, ut accidit in Sanctis veteris testamenti, & quibusdam Apostolis.*

Can. 14. *Pulchre sumitur in laudatione Sanctorum occasio conceptus, seu moralitatis ab incidentibus, ut à tempore, quo occurrit festiuitas.* p. 24.

Can. 15. *Laudes eius, qui celebratur, quatenus attingunt dicentem, modestia nota proferendæ.* p. 25

INDEX

INDEX
Scintillarum Locorum Communium à quibus petendæ Sanctorum laudes in genere.

Ante natiuitatem.

Loc. 1. *Reuelatio, & prædictio nascituri.* pag. 27.

Loc. 2. *Miraculosa conceptio.* p. 29.

Loc. 3. *Portenta de nascituris visa vel audita.* p. 30.

Loc. 4. *Alia mira, quæ acciderint manentibus pueris adhuc in vtero.* p. 31.

In natiuitate.

Loc. 1. *Patria, & parentes.* p. 33.

Loc. 2. *Prodigia in ipsa natiuitate.* p. 35.

Loc. 3. *Misteriosa, seu prodigiosa nominis impositio, & significatio, item aliqua allusio.* p. 37.

In vita.

Loc. 1. *Mira in lacte sugendo.* p. 40.

Loc. 2. *Eorum oblatio Deo facta à parentibus.* p. 41.

✠ 1 Loc.

Loc. 3. Præludia sanctitatis in pueritia. p. 42.
Loc. 4. Educatio. p. 44.

In morte.

Loc. 1. Mortis reuelatio. p. 47.
Loc. 2. Prædictio mortis. p. 50.
Loc. 3. Visiones, & apparitiones cœlestium. p. 51.
Loc. 4. Lætitia in morte. p. 53.
Loc. 5. Feruor non remissus. p. 57.
Loc. 6 Mors sine morbo. p. 58.
Loc. 7. Virtutes in morte. p. 60.

Post mortem.

Loc. 1. Reuelationes, Visiones, & Apparitiones. p. 63.
Loc. 2. Portenta post mortem. p. 64.
Loc. 3. Sepulchri honor, reliquiarum veneratio, patrata miracula. p. 65.
Loc. 4. Gloriosa reliquiarum translatio. p. 73.
Loc. 5. Deuotio seu amor, quo à populis prosequitur Sanctus post mortẽ. p. 74.
Loc. 6. Instituta opera, & sancta proles. 77.

PRÆ-

PRAEFATIO.

Virum nostra hac tempestate videri solet, quid causæ sit, quod eloquentia nõ æquè, vt in deliberationibus, in laudationibus feliciter valeat; nec multos facilè reperias præstanti ingenio & eruditione Viros, qui nominis famam illic partam sustinere hic possint; adeòque accepi, imò vidi primarum sedium oratores ad alia quælibet argumenta pronos, ad ista difficiles aut refractarios. Nam quotusquisque est, qui vel sacrum Annunciatæ Virginis diem, vel anniuersariam Diuini Sponsi me-

†6 mo-

moriam, quæ solemnia Quadragesimali ieiunio intercurrunt, panegyrica exornatione celebret; qui non potiùs Euangelia tractet? & tironem fortasse aliquem conatem audias, non item ex eorum numero, qui periculum fecere; cum plenam discriminis aleam reformident. Quid, inquam, causæ est? an operis difficultas? imò cōtra facilitas nulla maior; nam, vt testatur magister optimus dicendi Tullius, hæc prima oratoris sunt incunabula, & exornatio sola facili quadam & verè lactea vbertate nutrix fit eloquentiæ. Cuius sanè ipsa amplitudo & dominatus, vt cum Rhetore in-

signi

ſigni loquar, adeò latè pa-
tet, vt nec vniuerſæ huius
naturæ limitibus circum-
ſcribi queat; quippe con-
uulſis quodãmodo repa-
gulis eius vis ad Diuina ſe
extendit. Et verò nulli ge-
neri locorũ quos vocamus,
communiũ, ſupellex opu-
lentior, nec ſtipatio vbique
ſplendidior ſententiarum,
hiſtoriarum, exemplorum,
ſimilitudinum, parabola-
rum, apologorum; ada-
giorum; vel amplificatio-
num, vel figurarum lu-
men illuſtrius. Quid hic
igitur arduum aut aſpe-
rum, Viri alioqui natura
pariter & arte ſummi poſ-
ſunt offendere? Dicam li-
berè, quod ſentio. Forent
omnia plana & procliuia,

ſi

si imitandum nobis proponeremus Salomonem regem in magnificentissima illa Sacrosancti Templi structura molienda. Qui iuxta euengelicum consilium volens templum ędificare, priùs sedens cogitauit de necessarijs ad perficiendum; sciens, non esse in populo suo virum, qui; nosset ligna cædere, sicut Sidonij, legationem misit ad Hiram regem Tyri, rogans eum præcipere seruis suuis cædere de Libano ligna cedrina, & abiegna, & mittere ad eum simul cum viro erudito. *Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro, & argento, ære, & ferro, purpura, coccino, hyacintho,*

tho, & qui sciat sculpere cælaturas, cum his artificibus, quos mecum habeo in Iudæa, & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & lingua cedrina mitte mihi, & anchutina & pinea, de Libano: scio enim quod serui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis, vt parent mihi ligna plurima. Domus enim, quam cupio ædificare, magna est nimis, & inclyta. Quare cū haberet omnia parata, templum mira celeritate & felicitate tanta excitauit, vt quemadmodum eadem SacraScriptura testatur 3. Reg. 6. 7. *Domus autem Domini cum ædificaretur, de lapidibus dolatis,*

tis, atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in Domo cum ædificaretur. Hiram igitur, atque eius opera desideratur; qui mea quidem sententia si adesset, laudationum ædificia pulcherrima cerneremus. Plerique sanè in rebus moralibus ingẽtes rerum omnium apparatus, ac velut thesauros, in ministerij partem Hiram assumpto, studioso conatu & pertinaci labore collegerũt, quibus vbi consilij res est, longè præcellunt, regiè ædificant; at qui eadem tentauerint, vel perfecerint in genere exornatiuo, nimis pauci omni æuo. Nec de veteribus illis

apud

apud Æthnicos miror. nã quos habere locos poterant ad encomia æterni Numinis? siquidem quibus vsi, ad Deastros suos exornandos, ij nobis vsui esse non possunt, quibus cum nihil prorsus habet commune Deus noster. Vel quî nostros laudare diuos docerent, quorum vitam æstimabant insaniã, & finem illorum sinè honore? quî texere Virtutum laudes, quas ignorabant? Non ego tamen inficias iuerim, prophanos etiam Rhetores vtilia multa scituque necessaria persequi; hoc aio, ieiunè nimis & tenuiter egisse in hac parte. De his, inquam, minimè miror, at certè de

no-

nostris plurimùm, qui Ecclesiasticum oratorem instituere aggressi luculentis & eruditis voluminibus, huc tamen parũ intendisse sunt visi. Legatur Ludouicus Granata, aliique, & P. Causinus nostri sæculi Quinctilianus, quàm hìc parci, quàm non diffusi! Sed huius instituti mei consilium planius faciam. Erit sacro oratori interdum texenda Panegyris in laude alicuius Sancti Episcopi. quid aget? perscrutetur, vt dixi, Rhetorum omnium tam gentium quàm nostrorum officinas, locos ad encomia Sanctorum nod facilè reperiet: ad Consulum, Ducum, militum, Dyna-

ſtarum, regũ laudes vbertim paſſim; ad peculiarem Epiſcopi laudem, opinor, nullibi obſeruare tunc, quę D. Gregorius de D. Baſilio, quæ D. Bernardus de D. Malachia, D. Io: Chryſoſtomus de D. Philogonio alij alijs conſcripſerunt elogia pulcherrima, longi operis & dierũ pluriũ res eſt. Verè Cicero *neque enim, inquit, quoties verbum aliquod ſcribendum nobis, toties eius verbi litteræ ſunt cogitatione conquirendæ, neq; quoties cauſa dicenda eſt, toties ad eius cauſæ ſepoſita argumenta reuolui nos oportet, ſed habere certos locos, qui vt litteræ ad verbum ſcribendum, ſic ad cauſam explicandam ſtatim occurrant,*

rant,

rant, *quia vt dicebat Plautus*.

Durum nimis est, cum sitis fauces tenet, puteum fodere.

atque ideò, si fateri volumus, nonnè auctus nimiùm labor tędium sępe vel desperationem aggrediendi operis parit? Vides igitur, quæ tibi compendia offeruntur, & periculum præsens esto. titulum prælati quære, quinquaginta, quid quinquaginta? imo centum, eòq; plures argumentorum fontes recludi videbis, quibus S. Antistitem facili negotio ornes, multa sumas, multa imiteris. idē de Martyre, de Virgine, cæterisque censeas. Sed & vt formam operis mei videas. Primò

Canones multos vniuersim edo, Sanctorum Patrum authoritate firmatos. Deinde locos cōmunes ad laudationes Sanctorum in genere, seruato temporis ordine, Ante Nat. in Natiuit. in Morte, post Mortem. Tertio Sanctorum discrimen pono ex Ecclesiæ ritu, & quibusque præcipuos locos attribuo. Quarto ad Indiuidua ipsa descendo, nec quidem ad cuiuslibet D. laudes, sed eorum certè duntaxat, quorum celebritas est solemnior. & hæc omnia pertinent ad Inuētionem; Aliud opus ad Dispositionem, in quo pari cura de singulis orationis partibus; quod tamen quia af-

fectum

fectum magis est, quàm perfectum, & in volumen excrescet paulò grandius, non abre visum est, hoc veluti specimē Sanctorum Vitis præmittere. quas vitas, vt Beniamin quoquè meus testatur, & in gratiam piorum Lectorum, & sacrorum Oratorum commodo consulens, in lucem emitto. atque illis quidem documenta moralia, & pietatis igniculos dedi; his verò Scintillas Rhetoricæ Demōstratiuæ. Et documētis addidi concordes S. Scripturæ locos, & hunc alium apparatum. Fatebor tamen ingenuè, nō temerè ista à me sic diuidi, vt partem hic tomus ferat, partem alij quisque

suam

ſuam deinceps ſint exhibituri, eo conſilio, vt cupiditatem lectorũ excitem, nam futurum ſcio, vt ſcintillas Vitæ, & Vitas ſcintillæ mutuò commẽdent, idque maximè apud inſigniter doctos, quos ſacra pagina *diuites faſtidioſos* dicit. Et ſcintillæ quidem clariores erunt in dies, & optandæ magis, quò ſemper ad particularia deueniunt. In hoc igitur primo libello Vniuerſalium Canonum ſcintillæ quædam ſparguntur, tum aliæ Locorum communium ad Sanctos in genere laudandos, ex illo, vt ſupra dicebamus, quinque temporum diſcrimine. Neque opinor, apparatum aſper-

nabere,

nabere, amicè lector, etsi ipso nominis præiudicio exiguum & leuem, nam tibi verè dixerim cum Ecclesiast. c.28.14. *Si sufflaueris in Scintillam, quasi ignis exardebit*. & ingens ad Rhetoricam Demonstratiuã lumen tenui ex opusculo poteris accendere. neque dicas, satis te superque in illa videre. nam iure tibi responderim, *à Scintilla vna augetur ignis*. Interim dum operosius illud volumen de Rhetorica doctrina emolior, hunc cape gustum, & dum Isac tibi nascatur, Ismaelem complectere; & dum detur Rachel, Liam tene.

SCINTILLAE CANONVM RETHORICORVM

In laudatione Sanctorum in genere.

Canon I.

In diebus feſtis Sanctorum, prætermiſſis cæteris thematibus concionum, de Sanctorum laudibus ſermones inſtituendi.

AD quidnam eorum, quæ publice lecta ſunt, mente mea conuerſa, rebus præſentibus conuenientem, & accommodatum excogitabo ſermonem? Multum valet Iob in inſtituenda vita ad fortitudinem ſuis exemplis; multum in ænigmatis, & verborum inuolucris ſcriptor prouerbiorum. Quid item de ſacro Apoſtolo dixerit aliquis? qui ex arcanis illis verbis, quæ ſupra captum,

D. Gregor. Nyſſenus ſerm. De quadragin ta Martyribus.

tum, & intellectum humanum effe-
cit, fortasse per doctrinam, qua insti-
tuit Ephesios etiam nobis suggerit ar-
canum in cruce per ænigmata, atque
inuolucra verborum detegens ser-
mone. Huiusmodi item alia psalmo-
diæ quoque mysteria, recordatio, &
tituli inscriptio, & ad torcularia ce-
lebrata cantio. His enim in inscrip-
tionibus psalmorum, qui nobis præ-
lecti sunt, animaduersis, haud par-
uam videmus per ipsa ænigmata, at-
que inuolucra verborum materiem
dari orationi. Sed mihi quidem
commodum videtur, vt expli-
cationem eorum, quæ dicta
sunt, in alterum tempus reij-
ciamus; cupio autem præsenti
festiuitati conuenientem, &
accommodatam aliquam vo-
cem excogitare.

Volebam equidem hodierno die
debitum reddere, quod nuper vobis
cum hic essem, promisi: Sed quid fa-
ciam? beatus Babylas interueniens
apparuit, & ad se ipsum nos vocauit;
non quod vocem miserit, sed quod
splendidi oris dignitate nos ad se
conuerterit. Ne igitur ægrè feratis,
si reddere differamus; omnino enim

S. Chrysost. tom. 6. Homilia de S. Martyre Babyla.

quanto

quanto protrahitur tempus longius, tanto vobis & fœnus augetur: namque pecuniam cum fœnore persoluemus; quãdo ita dominus iussit, qui nostræ illam fideicommisit. In tuto ergo rem creditam fore confidentes, vtpotè cum sors vobis & lucrum immota, & certa maneant, inter repẽtem hodie quæstum ne prætermittamus, sed præclaris B. Babylæ facinoribus delectemur.

Ego quidem, & hodie destinaram aduersus hæreticos luctaturus vestes exuere, quòdque restabat debiti vobis persoluere: verum Beati Philogonij dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostram euocauit. *Ex orat. D. Ioann. Chrys. de B. Phylogonio tõ. 5.*

Canon II.

Laudandi præsertim Sancti die annuæ celebritatis.

Ibidem.

NAm & ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie Beatus ille ad tranquillam, omnisque turbationis expertem vitam translatus est, eoque nauigium appulit, vbi deinceps non potuit me-

suere naufragium, nec vllam animi deiectionem, aut dolorem.

Canon III.

In festiuitate plurium Sanctorum facilius & vtilius de vno tantùm sermonem habere.

HEri siquidem sola matre assumpta, in eius laudes sermonem totum impendimus: quod à nobis factum est, non quod eam à filiorum choro auellere studeremus, sed vt tutiores nobis diuitias redderemus, quod vtique nunc quoque præstemus vno filiorũ adducto de eo pauca dicamus; verendum est enim, ne septem martyrum laudes septem flumina confestim confluentia, sermonem nobis inundent, & obruant. Vnum igitur ex iuuenibus assumamus, non tamen, vt nunc ipsum jà choro fratrum abstrahamus; sed vt leuiorem sarcinam nostram reddamus: si quidem vno laudato, communis & alijs erit corona, quandoquidem eorundem consortes certaminum fuerunt omnes.

S. Ioann. Chrysost. orat. 1. in laudatione Machabæorum.

Canon IV.

Sanctorum vitæ, seu virtutes non ad pompam oratoris, & curiosam voluptatem auditoris, sed ad fructum imitationis celebrandæ.

E*Tsi ieiunus abierim in aliorum canonum confirmatione, cogor in huius meam frangere sobrietatem; coarctat enim me spiritus uteri mei. Loquar igitur, & respirabo paululum. Vtinam in sono huius tubæ expergiscamini, ò vos, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris; Vos dico, ò Christiani oratores, qui in laudationibus Sanctorum fucatis verbis, & concinnatis periodis tantummodo luxuriantes vobis met ipsis complacentes, & quorumdam insipientium prurientes auribus de seminato verbo aliud non metitis, quam fructum vanissimæ ostentationis, & merito quidem;* nam ea metit homo, quæ seminat, *ait Apostolus. O quam bene quadrat vobis, stultissimi virorum (tales enim vos appello) illud Oseæ* 10. v. 1. Vitis frondosa Israel fructus adæquatus est ei. *Dicite, rogo, estis ne de tribu Ephraim? Certè estis.* Nam Ephraim pascit ventum, *ait idē Propheta c. 12. v. 1.*

D. Paulus 2. ad Tim. 4.

Osee 10. v. 1.

Osee c. 12.

Et vos nequaquam cibus aliquis pascit compunctionis, conuersionis, & deuotionis auditorum, quia vestræ curiosæ descriptiones, prophana pœtarum testimonia hisque similia, quæ buccinatis, non sunt arua, quæ afferant cibum. Ventus igitur vos pascit, ac grates rependitis, quia etiam pascitis illum; nam sicut stultorum plausus satiat vos, ita & vos satiatis eos, ad vos enim audiendos non nisi tales confluunt: pij viri vos audire erubescunt, & si aliquo casu, suoue infortunio (vt ipsi dicunt) auscultent, ita stomachantur, vt reuertentes in domum suam deplorare non cessent ingenia vestra, & talenta, quæ à perditis, & murmurari labijs suis prophetica verba, Inutilis facta est sapientia eorum.

Ierem. 49. 7. *Quid dico perditam sapientiam deplorare, imò & salutem vestrarum animarum? Quippè timent, quod vos non timetis, nempe contra vos iactatum fulmen illud*

Michee 2. 1. *Michee 2. 1.* Væ vobis, qui cogitatis inutile. *Eia ergo surgite Christiani oratores, abijcite opera tenebrarum, & induite arma lucis; non enim Solon vos excitauit, vt Græcos ad laudandos viros gloriosos, non Publicola, qui Romanos, sed Spiritus sanctus; ipsius enim sunt voces illæ.*

Ecclef. 41. Laudemus viros gloriosos in generatione sua. *Non igitur in pompa, & vanitate, quemadmodum illi in suis prophanis feriis, sed in Spiritu, & veritate*

celebranda

celebranda Sanctorum laudes in domo Dei, quam decet sanctitudo. Æmulatores estote: non Periclis, non Demosthenis, non Ciceronis, non Plinij, cæterorumque prophanorum Rethorum, sed Sanctorum Ecclesiæ Patrum, qui quam religiosi extiterint in huius canonis obseruantia, vos ipsi ferte iudicium. D Gregorius Nazianzenus, qui si quis Sanctorum Patrum sermonis veneribus abundat, & floribus scatet, ipse est: tamen oratione funebri in laudem patris sui inuitans Basilium ad eum laudandum, etsi vt præceptorem reuereretur, monere non præterijt de hoc canone obseruando his verbis. Quonam autem modo dispensabis? *idest mature S. Gregoriam funebris orationis:* primum si illum, vt virtus ipsius promeretur, laudaueris, non solum vt puro puram orationem instar funebris cuiusdam muneris inferas; sed etiam vt vitam illius, vitæque rationem alijs velut exemplar quoddam ad imitandum proponas. *Et D Leo Papa serm. in nat. Sanctorum Machabeorum, pertextis pulchris eorum laudibus, addit.* Sed hæc pa ad fructuosam recolenda sunt aurium voluptatem. Inflat scientia, nisi ædificet obedientia. grauant audita, nisi suscipiantur imitanda. *Nam ait Bernardus,* Fidelis quippe sermo, & omni acceptione dignus, vt quos solemni veneratione prosequimur, etiā simili

Ex oratione Nazianzeni in patris sui laudem.

D. Leo Pa. in nat. SS. Machabeorum.

Ex ser. 2. D. Bernardi in festo omnium Sanct.

conuersatione sequamur, quos beatissimos prædicamus, ad eorum beatitudinem tota auiditate curramus, quorum delectamur præconijs. *Nolo huc referre, quot extant testimonia pro fulcienda hac veritate, oporteret enim describere sermones omnes, & panegyricos Sanctorum Patrum in laudationibus Sanctorum. Vide tamen inter cæteros, sermonē S. Leonis Papæ de martyribus, si tamen huius est authoris. Vide Chrysostomum t. 6. de laudatione martyrum Ægyptiorum, & sermone de S. virg. & m. Pelagia. Lege S. Bernardum serm. in obitu Humberti, neque prætereas Ambrosium sermone in nat. S. Laurentij m.*

Can. V.

Virtus, quæ in Sancto præ cæteris laudatur, specialiter imitationi proponenda.

In serm. 3. S. Aug. de D. Stephano

S. *Augustinus commendans charitatem S. Stephani pro inimicis deprecantis, ad ipsam auditores hortatur.* Tu autem, ô Christiane, quæris vindicari de aduersario tuo, qui tibi forsitan iniuriam fecit, æstuas, furis, anhelas, festinas vindicari, attende Christum medicum ægritudinis tuæ, attende redemptorem animæ tuæ. Propter te pependit in ligno, & nondum

dum est vindicatus, & tu vis vindicari, & non vis tantum, & talem magistrum imitari? Ideo pati voluit, vt tibi patientiæ suæ demõstraret exemplum. Vide pendentem; & tibi languenti de suo sanguine medicamentum conficientem. Vide pendentem, & tibi de ligno, tanquam de tribunali præcipientem. Audi precantem, Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus, dicis mihi, ego non possum. Ego enim homo sum, ille Deus homo. Deus ergo vt quid homo, si non corrigitur homo? Sed hæc tibi loquor ò homo: Multum est à te imitari Dominum tuum. Attende Stephanum conseruum tuum. Certe Stephanus homo erat, an Deus? Plane homo erat, hoc erat quod tu. *Et infra.*

Ergo charissimi, si non potestis imitari Dominum, imitamini cõseruum, imitamini Sanctum Stephanum, imitamini omnes martyres sanctos. Homines erant, conserui tui erant. Sicut tu nati erant. *Et Ser. 4. de eodem.*

S. Aug. de D. Stephano mart. sermo 4.

Sed ne multum graue esse dicas imitari Dominum tuum, qui propter te passus est, relinquens tibi exemplum, vt sequaris vestigia eius, attende Stephanum conseruum tuum. Homo erat sicut & tu, eo precio redemptus quo & tu, Diaconus erat, Euan-

gelia legebat, quæ legis, vel audis & tu. Ibi inuenit scriptum, Diligite inimicos vestros. Didicit legendo, perfecit implendo. Qui cum à Iudeis saxorum grandine cæderetur, non solum non comminabatur, sed insuper lapidatoribus suis veniam precabatur.

Ex serm. 5. S. Aug. de D. Stephano mart. Imitemur ergo in aliquo dilectissimi fratres tanti magistri fidem, tam præclari Martyris charitatem. Diligamus nos hoc animo in Ecclesia fratres nostros, quò ille tunc dilexit inimicos.

Diuus Maximus oratione in Natali Beatæ Agnetis, celebrata Virginis charitate, erga cœlestem sponsum, ait, accedite ad puellam puellæ, & discite in annis infantiæ, quales in pectore suo circa amorem Christi flammas accendit; dicit se amatori suo seruare fidem, & eius corpus concupiscere solum, qui pro amore hominum, mortis non recusauit interitum: discite Virgines Christi amorem in puella feruentem, & omnes mundi diuitias velut stercora recusantem.

Ex Homilia S. Maximi, in natali D. Agnetis v. & m. *Et infra. Commendato contemptu diuitiarum carnalis amatoris, addit*, discite Virginis Christi normam puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis virorum, munuscula tota intentione respuite. Et quasi rabidi canis morsus

sus omni cum gaudio recusatę, à quo non receperis quo timeat Deum, non accipias quo diligas mundum: accipe Virgo, sed quod amori æterno proficiat. quotiescunque hominem sequuta fueris, censum sic accipe, vt te sponsam Christi cognoscas.

Can. VI.

Occasione virtutis, quæ laudatur, aggredienda aliqua exhortatio ad eam congruis sententijs, & Scripturis ostendendo præstantiam illius.

Sic Nazianzenus parentem laudat à non scrutandis pauperibus in eleemosynis largiendis, addit enim laudata matre ex hoc. Multò enim præstat ob eos, qui opem merentur, immerentibus quoque porrigere; quàm dum metuimus, ne in indignos beneficium conferamus, dignis etiam misericordiæ officia denegare; atque eò pertinere videtur, quod Scriptura inquit, panem in aquam quoque mittendum esse: vtpotè nec defluxurum, nec periturum apud iustum harum rerum ponderatorem, sed eò peruenturum, vbi omnia nostra collocabuntur, ac tempestiuè occurrens,

vtcumque aliter existimemus. *vide D. Augustinum pulchre & diserte hoc fatentem serm. in Natal D. Stephani.*

Canon VII.

Quilibet Sanctus magis excellit in aliqua peculiari virtute, ideòque in ea præ cæteris est diligentius laudandus.

Ibidem. SIc *Nazianzenus laudato parente à multis virtutibus magis incalescit, à quibusdam specialibus laudando, in quibus ille magis emicuit.* Sed nulla in eo præstantior magisque propria, ac ne multitudini quidem ignota, virtus fuit, quàm simplicitas animique candor, & iniuriarum obliuio. namque ex vetustiore simul ac recentiore hominum memoria, alij quidem alia virtute, prout gratiam aliquam Dei beneficio consecuti sunt, floruisse creduntur. Iob inuicta in calamitatibus patientia, Moses, & Dauid clementia, Samuel oraculorum editione, rerumque futurarum prospicientia, Phinces zelo, a quo etiam nominatur, Petrus & Paulus promulgandi Euangelij acrimonia & contentione, filij Zebedæi grādi loquentia, vnde & filij Tonitrui cognominati

minati sunt, & quid cæteros enumerare necesse est, cùm ad vos, qui eos nostis, orationem habeam? at Stephanum patremque meum nulla res perinde nobiles & illustres reddit, atque animi simplicitas & innocentia. *& S. Bernardus laudans Humbertum ait.* Erat enim vere mitis, & humilis corde, & cum cæteris floreret virtutibus, gratiam tamen mansuetudinis, specialiter obtinebat. Ideo se amabilem, & affabilem omnibus exhibebat.

Ex serm. S. Bernardi in obitu Humberti.

Canon VIII.

Laudes Sanctorum non deducenda à bonis externis, sed internis.

ILle igitur, vt patriam, genus, corporis dotes, externum splendorem, cæteraque, quibus gloriari mortales solent, ad encomiorum leges remittam, atque ab his, quæ nobis prima sunt, maximèque propria, initium dicendi faciam.

S. Gregor. Nazianz. in laud. patris.

An aliquis demonstratiuum in eo dicendi genus, atque inflatum laudationum morem requiret? quæ patria fuerit? quo genere ortus? quomodo à parentibus educatus? quæ singulari in vita studia fuerint? quibus cum

D. Gregor. Nyssen. de B. Basilio magno.

simul

simul & creuerit, & viguerit, & inter viros clarus, spectabilis, & illustris euaserit? At magnitudo bonorum, quæ circa eum spectantur, omne hoc inflatum, & sublime genus dicendi repudiat, & auersatur, quia negotium in contrarium redigitur, eo quod non sit eiusmodi vis in verbis, quæ miraculorum magnitudinem pro dignitate assequatur. Ne igitur vna cum orationis exilitate miraculum deprimatur, & extenuetur, eiusque quam nunc vnusquisque de eo conceptam habet opinionem, per eos, qui laudare conati fuerint, aliqua diminutio fiat: commodius fuerit silentio potius in nobis augere miraculũ, quam oratione laudem imminuere, atque extenuare. Quali enim oratione quis eum augustiorem effecerit? An ille eam, quæ per carnem, & sanguinem contingere dicitur nobilitatem, ac generis claritudinem approbauerit? Et quis ignorat magni illius erga carnem affectionem, quam ei aduersus esset, tanquam mancipio cuidam fugitiuo semper vincula rationum inijciens, ac per summam afflictionem, atque continentiam flagellans, & torquens verberatione illum seruum corpus, quasi quidam inexorabilis dominus nullam vincto relaxationem indulgens. Eum igitur,

qui ita affectus esset erga carnem propter corporale beneficium celebrare, & verbis extollere res absurdissima fuerit. Nam qui nunc ab ea re honorabitur, cuius eum in vita pudebat? Atque similiter vna cum quæstione generis, patriæ quoque mentio eijcitur, atque repudiatur. Qui enim se supra mundum omnem posuerat, & quasi coarctabatur in omni sensibili elementorum natura, adeo vt ne cœlum quidem supra se positum ferret, sed ad vlteriora anima contenderet, & sensibilem mundi superans amplexum semper in ijs, quæ cogitatione, ac mente comprehenduntur, inambularet, & occupatus esset, atque vna cum diuinis virtutibus in sublimi versaretur, & nihil impedimenti corporalis onere ad mētis iter impediretur: quando sustineat se à patre aliqua terræ cognominare, & per loci felicitatem, atque commoditatem sibi laudes corrogare? Contumelia enim fuerit, & verarum laudum imminutio, si virtute ad considerandum proposita, arua, frondes, & flores, & glebæ, atque huiusmodi res admirationi sint, cum alioqui quicquid liberæ voluntatis bonum non est, etiam si quem maximè pulchrum, commodum, & egregium sit, nullam famæ, & nominis commen-

dationem afferat illi, cui simul contigerit. Proinde silentio prætereatur patria, ac genus, & quicquid eiusmodi est, vt fortuita concursione, & casu quibusuis contingat. Illius autem merito quis in eo patriæ, atque nobilitatis mentionem fecerit, quæ liberæ voluntatis arbitrio ijs, qui eam expetiuerint, contingit. Quæ est igitur Basilij nobilitas, & claritudo generis? quæ patria? ac genus quidem illi familiaritas, & necessitudo cum Deo: patria verò, virtus. Qui enim Deum recepit, vt inquit Euãgelium, potestatem habet, vt filius Dei fiat. Quid verò nobilius, & generosius cognatione cum Deo quis requirat? Qui autem virtute præditus est, & hanc colit, & ex hac sibi reditus conficit, & quæstum facit, patriam suam prorsus efficit id in quo viuit. Sobrietas illi pro domicilio erat: sapientia loco prædij: iustitia autem & veritas, & puritas, pro splendidis magnificis, atque videndis, & conspicuis ædificiorum ornamentis: in quibus inhabitans magis his delectabatur, ac sibi placebat, quam qui marmoreis, & auratis ædibus gloriantur. Si quis eum ob talem patriam laudet, & ob eiusmodi genus oratione celebret, atque honestet, cum vera dicet, tum ob res ei gratas laudes accommoda-
bit;

bit: terram autem, & sanguinem, & carnem, & diuitias, & principatus, & his rebus coniũctum splendorem & gloriam mundi amicis, qui volent adesse, prædicent, atque testentur. *At si quis ab hisce externis (talia vero quæ spiritus non sunt) argumenta laudandi SS. assumere velit, modum discat ab ipso Gregorio.*

Lubenter pulchritudini formæ, & ætatis oratio immoratur. Solet enim, *D Greg de* vt inquit Sapientia, ex magnitudine, *quadragin* & pulchritudine creaturarum etiam *ta Marty-* ea, quæ est in occulto, pulchritudo *ribus.* æstimari, quoniam, & animi puritas per id, quod apparebat, elucescebat: & is, qui apparebat homo, dignum domicilium erat eius, qui latebat, & visum effugiebat.

Canon IX.

Quando aliqua scriptura explicari potest, vt prophetica prænunciata de Sancto, quem laudamus, elegans est.

S. *Augustinus de Sancto Paulo explicauit illud Genesis 49 v. 27.* [Beniamin lupus rapax mane comedet *Ex serm.* prædam, & vespere diuidet spolia.] *S. August.* *Hæc verba eius.* Hodie de actibus *de S. Pauli* Apostolorum lectio hæc pronunciata *conuers.*

est,

est, vbi Paulus Apostolus ex persecutore Christianorum annunciator factus est Christianorum. Percutiens eum Christus, & sanans, occidens, & viuificans occisus agnus à lupis, & faciens vnum de lupis. Ita enim erat, vt ait præclarè Propheta, cum Iacob Patriarcha benediceret filijs suis, præsentia tangens, futura perspiciens. Prædictum enim erat, quod in Paulo contigit. Erat autem Paulus sicut ipse testatur de tribu Beniamin. Cum autem Iacob benedicens filios suos, venisset ad benedicēdum Beniamin, ait de illo, Beniamin lupus rapax. Quid ergo? lupus rapax semper est? Absit, sed qui mane rapit prædam, ad vesperam diuidit escas. Hoc in Apostolo Paulo impletum est, quia & de illo dictum erat, Iam si placet audiamus illum mane rapientem, & ad vesperam escas diuidentem. Mane, & vespere posita sunt pro eo, ac si diceret, Prius rapiet, postea diuidet escas. Attendite raptorem, Saulus inquit, acceptis epulis à principibus Sacerdotum ibat, vbicumque inueniret Christianos, ad Sacerdotes attraheret, & adduceret vtique puniendos. Ibat spirans, & anhelans cædes: hoc est mane rapiens. Nam & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, euidentius

aderat

aderat & Saulus, & sic aderat lapidantibus, vt non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Vt enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta seruabat, magis sæuiens omnes adiuuando, quam suis manibus lapidando. Audiuimus, mane rapiet: audiamus ad vesperam qualiter diuidat escas. Voce Christi prostratus de cœlo, & accipiens desuper interdictum iam sæuiendi cecidit in faciem suam, prius prosternendus postea sanandus.

De B. Laurentio interpretatur idem Augustinus illud Psalmi 25. 2. [Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.] Iterum ergo Beatus Laurentius in dorsum supinus vertitur; & renes eius ignibus exuruntur, vt impleretur psalmi prophetia, quæ dicit ex persona Laurentij, Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum: duplici se postulat igne comburi. Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantum exurendos incendijs obtulisse. Cor autem nisi flamma Christi non vrit, atque ideo ad comprobandam deuotionem suam geminem sibi ignem postulat, vt luctamine habito ostendat in se plus posse amorem Christi, quam pœnam tyranni.

Ex D. Augustino de S. Laurentio mart. serm. 2.

D. Bo-

D. Bonauentura S. Francisco Assisiati applicat illud Apocalipsis 7. v. 2. Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui; ait enim in prologo vitæ eius sancti. Ideoque alterius amici sponsi, & Euangelistæ Ioannis vaticinatione veridica sub similitudine Angeli ascendentis ab ortu Solis, signumque Dei viui habentis, astruitur non immerito designatus. Sub apertione namque sexti sigilli, [Vidi, ait Ioannes, alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signũ Dei viui.] Hunc Dei nuntium amabilẽ Christo, imitabilem nobis, & admirabilem mundo, seruum Dei Franciscum fuisse indubitabili fide colligimus, si culmen in eo eximiæ sanctitatis aduertimus, qua inter homines viuens imitator fuit puritatis Angelicæ, qua & positus est perfectis Christi sectatoribus in exemplum. Ad quod quidem fideliter sentiendum, & piè, non solum induit officium quod habuit, vocandi ad fletum, & planctum, caluitium, & cingulum sacci, signandique Tau super frontes virorum gementium, & dolentium, signo pœnitentialis crucis, & habitus cruci conformis: verum etiam irrefragabili veritatis testificatione confirmat signaculum similitudinis Dei viuentis, Christi videlicet

S. Bonau. in vita S. Francisci in prol.

Apoc. 7. v. 2.

delicet crucifixi, quod in corpore ipsius fuit impressum, non per naturæ virtutem, vel ingenium artis, sed potius per admirādam potentiam spiritus Dei viui.

Can. X.

Bene sumitur ab Euangelio currente occasio de Sancto apte loquendi per aliquam allusionem.

AVdistis charissimi fratres ex lectione Sancti Euangelij, quod
Dominus beatum Philippum Apo-
stolum ad sequendum se vocauerit, *D. Ambr.*
Ille autem statim Nathanahelem re- *tom. 4. in*
ierit: vt secū ad Dominum veniret, *natali SS.*
hortatus est: quod factum hodiernę *mart. Na-*
festiuitati aptissime conuenit, quia *zarij, &*
sicut Apostolus Philippus Nathana- *Celsi.*
helem vocauit, ita beatus martyr
Nazarius Celsum puerum perduxit
ad Dominum. Nam & illi aptissime
consonat. Ecce vere Israelita, in quo
dolus non est. Solent enim pueri sine dolo, & insidijs esse. Vnde alio loco Dominus dicit, [Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum Cęlorum. Oportet igitur nos imitari, quod hodierna festiuita-

te colimus, vt quicunque gratia Dei ad Christum vocatus fuerit, alios secum pertrahat, & inuitet, atque dilectionem proximis suis exhibeat sine dolo, idest sine fraude. Dolus enim est, si quis proximo loquitur in ore, & iram seruat in corde. Quod quicunque fecerit, verus Israelita esse non poterit, quia Dominum cernere non merebitur. Nam scriptum est, [Beati pacifici, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt] Interroget vnusquisque conscientiam suam: & si à proximo suo verbum læsionis, aut aliam quamlibet suscepit calumniam, pro Dei amore dimittat, & cum Sancto Nathanahele dignus sit videre Cęlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis. Quod ipse præstare dignetur.

Can. XI.

Scripturæ, quæ attingunt Sanctos, quos celebramus, literaliter, & misticè de eis explicatæ, amplum præbent campum laudandi. Vide, vt pulchrum exemplar, Sermonem S. Augustini de S. Io. Baptista.

Can. XII.

Est etiam modus sermocinandi in festis Sanctorum, percurrere, & explicare Euangelia quæ leguntur in eorum festis, cuius rei Exempla nimis vulgaria sunt, ideoque non adducenda, sicuti & minus imitanda.

Can. XIII.

Pulchrius tractatur Euangelium in festis Sanctorum, si eorum contineat historiam aut monitionem, vt accidit in Sanctorum veteris testamenti, & quibusdam Apostolis. Hoc etiam, quia facilè est videre apud patres, satis erit vnum tantum exemplum afferre ex S. Chrisostomo.

[IN diebus autem illis,] inquit Euangelista [venit Ioannes Baptista prædicans in deserto, & dicens: pænitentiam agite; appropinquauit enim

S. Io: Chrys. Sost. ser. in Præcursorë Domini.

enim regnum Cœlorum.] In diebus illis. Sub hisce Iesu vero Deo tam manifestis indicijs, in hac Cœlestis Regis ad nos peregrinatione, in his sempiterni luminis splendoribus. [In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto] In deserto inquam: non in terra habitata:eo quod desolatum esset adhuc humanum genus, ac nondum à Patre, & Filio, & Spiritu sancto inhabitaretur. Quid porro prædicat. [Pænitentiam agite; appropinquauit enim regnum Cœlorum.] O pœnitentia, quæ inter ipsas lacrimas nobis vitam suppeditas; & cum nuptiali peplo nuptialem etiam charitatẽ indueris! O pænitentia, Diaboli accusatrix; conuersorum patrona! Joannes autem habebat vestimentum de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos suos &c. *vide usque in finem.*

Canon XIV.

Pulchre sumitur in laudatione Sanctorum occasio conceptus, seu moralitatis ab incidentibus, vt à tempore, quo occurrit festiuitas.

ITà à tempore imminentis vindemiæ in Sancti Cypriani laudibus ludis

ludit S. Ambrosius, imo ab hoc totum sermonem instituit. Vide. *D. Ambr. tom. 4 de S. Cyprian.*

Canon XV.

Laudes eius, qui celebratur, quatenus attingunt dicentem, modestiæ nota præferendæ.

ITa Gregorius Nazianzenus pietatem genitricis laudans, quod eum antequam natum, velut alium Samuelem Deo obtulerit ait. Nam illud quod ad me pertinet, ne commemoratione quidem fortasse dignum est, vtpote qui ipsius spei nequaquàm satis responderim; quamquàm fuit illustre illud eius facimus, quòd nos, prius etiam quàm nasceremur Deo, nihil futuri euentus metu exterrita, promisit, vitæque lucem ingressos protinus consecrauit. Dei autem beneficium fuit, quod voti sui spe non omnino exciderit, nec victima, quam obtulerat, repudiata fuerit. *S. Gregor. Nazianz. orat. in laud. Patris sui Gregor.*

SCINTILLAE LOCORVM COMMVNIVM,

A quibus petendæ Sanctorum laudes in genere.

LOci, vnde petendæ laudes personarum, variè à varijs, tractari, & recenseri solent: sed eorum, qui eos reuocant ad quinque tempora, facilior ordo, ideſt, ante natiuitatem, in natiuitate, in vita, in morte, poſt mortem: Hunc ſequar pro indicandis locis, ſeu fontibus, ex quibus emanant argumenta ad laudandos Sanctos; & puto in oſtendendo, quod luce clarius apparebit, quanto iure dixerim non poſſe ſatis inſtitui ſacrum oratorem in hiſce exercitationibus à prophanis authoribus, quibus hi fontes maiori ex parte reſerati nequaquam fuere: neque mirum, quia cum in viris illuſtribus, quos ipſi laudauerunt, non acciderint mirabilia quæ in noſtris, nec ipſi oratores poterant argumenta ducere ex ijs, quæ non agnoſcebant, imo nec extabant.

De locis ante natiuitatem.

Locus I.
Reuelatio, & prædictio nasciturum.

TAm sacra, quàm ecclesiastica historia plurimorum referunt Sanctorum natiuitates & conceptiones fuisse reuelatas, & prædictas. Ita Isacum antequam natum pluries Abrahamo promissum. Moysem Ægypti Regi etiam prænunciatum (si Iosepho credimus) Samsonem matri per Angelum, Iesiam per prophetam Regi Ieroboam, Ioannem Baptistã per Gabrielem Zachariæ. Et præclarius omnibus conglobatisque vocibus, syllabarum, Dæmonum, hominum, & Angelorum Christum Dominum. Neque hos tantum, sed alios quamplures: S. Vrsinacum per venerandum senem grauidæ matri prænunciatum. S. Theobaldum à Theobaldo auunculo Viennensi Episcopo Gislæ genitrici. S. Birgittam etiam matrem à persona ea nocte illi adstante qua naufragium euasit, S. Claram de Asisio parenti per vocem Hortulanæ in templo ante crucem, dum oraret audita. a Adde S. Norbertum, b S. Stephanum primum Hungariæ Regem vtrique parenti, c S. Romanum Episcopum, b d S. Bonitum, e S. Eucherium, f S. Stephanum

Antiq. Iudaic. lib. 2. c. 5.
Iud. c. 13.
3 Reg. 13.
Luc. 1.
Sur. 10. April.
Sur. 3. Iunij.
Sur. 23. Iulij.
In vita.
a Sur. in vit.
b Bar. t. 10 anno 989

c Nicolausphanum iuniorem martyrem, g Beatum Rigaltius P ntium, h S. Thomam Aquinatem, & alios compures, quorum vitam percurrens melius dicam, sedulo legens, & meditans obseruabis ante natiuitatem reuelatos, & prænunciatos. Ex quibus reuelationibus, & prædictionibus, quæ laudandis rationes hauriantur, res ipsa dicet, & confirmant historici, qui eas referunt, commendantque, veluti non mediocres futuræ sanctitatis caracteres.

c 23 Oct. d Sur. 15. Ian. e Sur. in vit. f Sur. 28. Nou. g Sur. 14. Maij. h Sur. 8. Mart.

Audiamus, si placet, Sanctos Augustinum, & Maximum hinc celebrantes Baptistæ sanctitatem. Iam illud quantæ gloriæ est, quod Zachariæ sacerdoti seni, & Helisabeth sterili à Gabriele promittitur.

S. August. tom 10. ser. 1. de S. Io: Bapt.

Hic est, charissimi, de quo prophetica annunciatione prædictum est. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini rectas facite semitas Dei nostri. Clamaturus erat enim, sicut & clamauit, vt vociferante salutis præcone, obturatas diu aures mortalium prædicatio cœlestis aperiret. Quis ergo huiusmodi prophetam non tota admiratione suscipiat, quem tantum recognoscit obtinuisse de Deo, vt ante eius merita laudarentur, quam natiuitas formaretur?

S. Maxim. hom. 2. in natiuit. S. Io: Bapt.

Locus

Locus II.
Miraculosa conceptio.

SI à vulua sterili, media oratione, & voto parentum, quis conceptus sit, monent sacra scriptura, & Patres, quàm copiosum laudationis argumentum inde oriatur. Non enim libidinis esse, quod nascitur, sed diuini muneris manifestum apparet. a *Talis Isaac,* b *talis Iacob,* c *talis Samson,* d *talis Samuel,* e *talis Ioannes Baptista, sed præ cæteris Beatissima Virgo Maria. Nec caret ecclesiastica historia huius generis exemplis, quæ non aliter conceptum exponit* a *SS. Gelationem,* b *Gregorium Nazianzenum,* c *Euphrosinam,* d *Nicolaum Tolentinatum,* e *Libertum martyrem,* f *Stephanum iuniorem,* g *Ludouicum Galliæ Regem,* h *Remigium* i *Zenonem,* l *Georgium Episcopum,* m *Ioannem Vticensem,* n *Godofredum Episcopum Ambianensem,* o *B. Stanislaum Ordinis Iesuitarum,* p *Albertum Carmelitam,* q *Venerandum, & innumeros alios, quos vita eorum Lectori suggerent.*

Formulas, & modos laudandi ab hoc loco, obserua in Sanctorum Patruum commentarijs super sacram scripturam vbi tales conceptiones attingunt. de Ioanne Baptista ita S. Maximus.

a *Gen.* 18.
b *Gen.* 25.
c *Iud.* 13.
d 1. *Reg.* 1.
e *Luc.* 1.

a *Metaph.*
b *Sur.* 9. *Maij.*
c 1. *Fan.*
d 10. *Sept.*
e *Molan.* 14 *Iun.*
f *Sur.* 28. *Nou.*
g *Manus Rup.*
h *Petr. de Natal. l.* 9. *c.* 9.
i *Bar. to.* 6. *an* 476.
l *ex Meneis* 21. *Febr.*

m *Ribad.* 2 *Iun.* n *Sur.* 8. *Nou.* o *Ribad. in vit.* p *Sur.* 7. *Aug.* q *Petr. de Natal. lib.* 10. c. 61. *Serm. de S. Io: Bapt.*

Hic ergo Zachariæ iustissimo Sacerdoti, quum multa esset ætate prouectus, & sterilitate senissimæ coniugis, successionem votiui germinis desperasset, omnipotentis Dei cura per Angelum promittitur nasciturus. Et benè senissimis parentibus nouus filius datur, qui senescēti, labentique mundo, vnigenitum Dei ad spem futuræ iuuentutis ostenderet.

Locus III.

Portenta de nasciturus visa, vel audita.

Relictis portentis, quæ Ethnici finxerunt. Arioli interpretarunt, & pro suo omnes instituto accommodarunt; Qualia Herodotus lib. 1. Iustinus, & alij de Cyro. Iamblicus lib. 1. cap. 2. de Pittagora &c. ea vt laudationum argumenta propono, quæ non Dæmon, aut natura, sed Deus de suis Sanctis nasciturus ostendit. Qualia de Dominico; dum eius mater tam sancto fœtu grauida videre sibi visa est catulum vtero gestare cum ardenti face in ore; qui vtero egrediens flammis in ore coruscātibus totum mundum illuminaret. Ita quoque mater S. Andreæ Fæsulani in somnis lupum sibi visa est peperisse pro homine, qui cum templum intrasset, paulatim in agnum sit

Sur. 4. *Aug.* *Sur.* 6. *Ian.*

sit conuersus, quod exitus explicauit, dum filius ferocibus imbutus moribus, deinde mansuetissimus euenit: per visionem etiam grauidæ matri ostensum fuit nasciturì filij Praiecti martyrium, dum illum in vtero gestiens, visa est sibi videre infantem per ipsius latus egredi, vnda instar sanguinis rubentis baptismate ablutum. Sed nimium esset hic, quæ huius generis sunt, rescribere, quæ de a *S.* *Hugone,* b *Vincentio,* c *Guthlaco,* d *Alberto Carmelitano,* e *Dunstano,* f *Alipio Cionita,* g *Eligio Nouiomensi Episcopo* h *Ruberto,* i *Theodoro,* l *Geraldo,* m *Daniele Stylita,* n *Iuliano Episcopo,* o *Thoma Moro,* p *Bernardo,* q *Columbano,* r *Asella, & quamplurimis alijs portenta fuerint ostenta. Quæ si per actiones in eorum vitis consentientes adequatè explicentur, vberem afferunt laudationis materiam, & eximiam excitant admirationem.*

Sur. 25. Ian.
a Sur. 1. Apr.
b 5. Apr.
c 11 Apr.
d 7. Aug.
e 19 Maij
f 26. Nou.
g 1. Dec.
h 29. Apr.
i 20. Apr.
l Petr. de Natal. lib. 9. c. 65.
m Metaph.
n Ribad. 28. Ian.
o Strapl. de tribus Thomis.
p Sur. 20. Aug.
q Beda in eius vita c. 1.
r Hier. ad Marcell. t. 1. epist.

Locus IV.

Alia mira, quæ acciderint manentibus pueris adhuc in vtero.

HVius generis est collisio paruulorum in vtero Rebeccæ, Hieremiæ in vtero materno sanctificatio, item sanctificatio, & exultatio Præcursoris Christi,

Gen. Hieron. *ex quibus quam affluentem laudationis occasionem arripiant Patres, solus, qui nunquam eos legerit, ignorabit. At si quærere tædet, vnum Maximum in medium afferam.*

D. Maximus in die natiu. Io: Baptistæ h. m. 1. In tantum autē specialis in eo præfulsit electio, vt antè mereretur annunciare dominum, quàm nascendi initium, vel linguam, quæ enunciare posset, acciperet. Deniqne Elizabeth illa vetus mulier, & noua mater, quæ ante partum suum, de futuri filij lætabatur officio, venienti ad se Beatæ Mariæ, in ipsò salutationis occursu, Luc. 1. ait [Ecce ex quo facta vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.] Quid hoc est miraculi, fratres? quæ tantorum nouitas gaudiorum, vt habere se in vtero Elizabeth testarentur infantem, qui necdū semetipsum sentiens, dominicum iam sentiret aduentum? Verè hic omnium beatissimus paruulorum, qui intra viscera adhuc materna conclusus, adesse Saluatorem mundi, quia nudū sermone poterat, prophetico gaudio reuelauit: nullus ignorat, charissimi, omnem paruulum materno ab vtero prodeuntem, inter ipsa lucis exordia mœstis concrepare vagitibus, solus Baptista Domini, vltrà legem nascentiū natiuitatem suā lætitiæ exultatione præuenit.

Huc

Huc quoque pertinent S. Gerardi adhuc in vtero inclusi voces emissæ parentibus adeò stupendæ. Canini latratus à matre cęsi Vincentij in vtero manentis auditi. Iniuria à S. Germano à genitrice illum venenis, & vteri pressionibus suffocari cupiente. Immutatio animi, & charitatis feruor in matre Eleazari post eius conceptum, & his similia.

Ex biblioth. Cluniac. in eius vit.

Sur. 5. Apr.

Sur. 28. Maij.

Sur. 27. Sept.

De locis in natiuitate:

HVc reuoco, quæ proxima sunt natiuitati, etiam si scrupulosis viderentur spectare ad tertium tempus, idest in vita.

Locus I.

Patria, & parentes.

A *Patria, & parentibus laudem oriri, pulchrè approbauit S. Ambrosius lib. 2. Virginibus* (In laudationibus solet patria prædicari, & parentes, vt in commemoratione auctoris successoris dignitas exaggeretur.) *rectèque Philosophus*, verisimile est prętantiores & meliores esse eos, qui ex melioribus, *vt Vates ille*

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Neque imbellem, ferocem.
Procreant Aquilæ columbam.

Ab hoc laudauit Lucas præcursorē, laudes parentū cōmemorans. (Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in
Luc. 1. 6. omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.) (*Huc pertinet illud Nathanaeli.* A Nazareth, potest ne aliquid boni esse?) *item*, Radix tua, & generatio tua de terra
Ezech. 16. 3. Chanaan: (Pater eius Amorrhæus, & mater tua Cethæa.) (Vos ex Dia-
Ioan. 8. 44 bolo estis) (Genimina viperarum.)
Luc 3. 7. (Nos genus Dei sumus, filij excelsi.)
Matt. 13. 55. Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria?

Quod si parentes praui fuerint, eius, quem laudamus, ex illorum improbitate, magis admirabilis est probitas. Hinc Nazianzenus genitorem, vtpotè ortum ex infidelibus parentibus, magnificat. Ille igitur radicis nequaquam egregiæ, nec ad pietatem commodè natæ, nec in domo Dei plantatæ surculus extitit (priora enim postremorum fiducia non erubesco) quin potiùs admodum præposteræ, ac portentosæ, ex duabus rebus valde contrarijs, nimirum Gentili errore, atque legali vanitate conflatæ &c. Hoc ille modo cùm ad impietatē biformis quispiam esset, in quem tandem virum mutatur?

Locus II.
Prodigia in ipsa natiuitate.

QVALIA de Esau, & Iacob refert sacra historia. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prior egressus est rufus erat, & totus in morem pellis hispidum, vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. *Item de Phare, & Zara. Huius classis sunt mira de S. Io: Baptistæ natiuitate, gaudium vniuersale, restituta vox genitori. Ex quibus nemo Ioannem non laudauit: refert Lucas* & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes, Quis putas puer iste erit? *Dignus vt audiatur etiam D. Maximus ab hoc loco mirificè commendans Ioannem.* Illud etiam quàm stupendum, quàmque magnificum, quod Zacharias sacerdos pater futurus Prophetæ, quia hoc ipsum, quod gerebatur, Angelo loquenti non credidit, vsum loquentis amisit, donec promissione completa, natus noui hominis præco; paternæ linguæ vincula relaxaret. Os enim, quod Angelus clauserat, promissus ab Angelo filius reserauit. nam

Gen. c. 25. n. 24.

Gen. c. 38. n. 37.

Luc. c. 1. n. 66.

Homil. D. Maximi in die natiu. Io: Bapt.

cum de nuncupatione paruuli cognatorum, vicinorumque hæsitaret arbitrium, proprietatem veri nominis eius, quam Angelo dictante didicerat, recepta pristini subitò facultate sermonis, pater mutus aperuit, vt cuius natiuitatem præceptione celesti tacitus expectabat, nati vocabulum loqueretur, & agnosceret anxius senex, per eum se sibi redditū, quem de se non crediderat nasciturum. Nec dubitaret vltra cœlitus illum vel promissum fuisse, vel natum, cuius causa & amisisse probabat, & recepisse sermonem. *& infra Homil.* 2.

Homil. 2. *ibid.* Quid illud, quantoque est stupore mirandum, quod Zacharias ipse, dum præcursorem salutaris verbi concipiendum senili aluo paulò tardiùs crederet, silentio repentinæ taciturnitatis obmutuit, nec pristinum loquendi recepisset vsum, nisi nomen pueri, quo vocandus esset, clausi oris ei vincula relaxasset? Atque ita factum est, vt os sacerdotale, quod trepidatio colligauerat dubitantis, meritum filij nascentis absolueret, & reparata patris lingua infantis gloriā testaretur.

Quæ & quanta in Christi Saluatoris natiuitate acciderint Euāgelistę referūt, & nemo ignorat. Christiformis viri Francisci Asisinati in stabulo natiuitas vt à partus difficultate mater liberare-

tur

tur, in a *B. Nicetio corona clericalis in nudo capite.* b *Munditiesipsis obstetricibus prodigiosa in natiuitate Edmundi.* c *Benedictio more Episcopi à Iuliano statim nato impertita.* d *Splendor cubiculum irradians in natali S. Suiberti,* e *ita etiam S. Heriberti* f *S. Acciti,* g *& S. Caroli Borromei;* h *religiosa vestis, qua indutus, matri apparuit S. Petrus Calestinus statim ortus. Hæc omnia, sicut & Epiphaniꝫ cunæ splendor, apes ori Ambrosiꝫ aduolantes, & si plura huius generis sunt, ad hunc pertinent locum.*

a *Ex Greg. Turon. l. 1. de vita Patrum c. 17.* b *Sur. 16. Nou.* c *Petr. de Natal. l. 1. c. 33.* d *Sur. 1. Mart.* e *Rup. Tuit. apud Sur. 12 Mart.* f *Sur. 17. Iun.* g *Ernestus Colnus in eius vita.* h *Sur. 19. Maij.*

Locus III.

Misteriosa, seu prodigiosa nominis impositio & significatio, item aliqua allusio.

Non absque misterio, & Dei dispensatione, imò & reuelatione ijs, qui in sanctitate praeminere debebant, nomina fuisse imposita plurima sanctarum scripturarum, & ecclesiasticarum historiarum testimonia docent. Sacrosanctum nomen Iesu vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur. *Nomen etiam Ioannis Baptistæ ab Angelo parentibus reuelatum. Sanctorum etiam Vincentiꝫ, Gregoriꝫ, Arnolphi, Iuliani, Laurentiꝫ Dublinensis Episcopi nomina, non dissimili ratione imposita*

Luc. 2. *Luc. 1.* *Sur. 5. Apr.* *Sur. 9 Maij* *Sur. 15. Augusti.*

Ribad. 18. Ian. Sur. 14 Nouemb. *sita eorum, referunt acta. Verum, quia non sine misterio talia fuere imposita, à significatione etiam quærenda sunt laudum argumenta, quæ vbique scatent in sacra scriptura, in qua orationes etiam explicantur, propter quas talia nomina imposita sunt. Quod imitantur Sancti Patres, vnde de S. Stephano sic Augustinus, qui frequenter ab hisce ludit.*

Ex serm. S. Aug. de D. Steph. m. serm. 2. Lapidatus à Iudæis coronam meruit, tanquam suo sibi nomine positam, Stephanus enim græcè latinè corona appellatur, iam coronæ nomen habebat, & ideò palmam martyrij suo nomine præferebat.

Etsi nulla adsit significatio, tamen ingenio non deest occasio conceptus efformandi per aliquam nominis conuenientiam, & similitudinem; tamen ne hoc frigidè fiat audiendi magistri. Idem Augustinus sic de S. Paulo à nomine ludit.

Ex serm. S. August. de D. Pauli cõuersione serm. 2. Iste ergo fratres, iste vas electionis, primo Saulus à Saule. Recordamini enim, qui nostris litteras Dei, qui erat Saul Rex pessimus, persecutor sancti serui Dauid. Et ipse si meministis, de tribu Beniamin. Inde iste Saulus, ducto secum tramite sæuiendi, sed in sæuitia non permansurus. Postea si Saulus à Saule, Paulus vnde? Saulus à Rege sæuo, cum superbus, cum sæuiens, cum cædes anhelans. Paulus

autem

autem vnde? Paulus quia modicus. Paulus humilitatis nomen eſt. Paulus, poſteaquam adductus eſt ad magiſtrum, qui ait: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: Inde Paulus vſum latinè locutionis aduertite. Quia Paulum modicum dicitur. Paulo poſt videbo te, paululum hic expecta. Ideſt poſt modicum videbo te, modicum hic expecta. Audi ergo Paulum. Ego ſum, inquit, minimus Apoſtolorum. Prorſus ego ſum minimus Apoſtolorum. Et alio loco. Ego ſum nouiſſimus Apoſtolorum.

De Petro etiam ait. Petra enim dicitur, eo quod primus nationibus, ſi Dei fundamenta poſuerit, & tāquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur, ſicut ait Apoſtolus, Bibebam autem de ſpiritali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Rectè conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & operis. In eadem domo enim Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, Dominus incrementat, Dominus irriguum ſubminiſtrat.

Ex ſerm. S. Auguſt. de cathedra D. Petri ſerm. 2

De locis in vita:

Loci, unde quærendæ laudes in vita, exceptis, qui ad pueritiam spectant, perquirendi mihi videntur à factis, seu actionibus; sed quia hoc argumentum satis grande ne libellum deglutiret; decreui prius à cæteris me expedire, & postea vel adijcere, vel in secundum tomum referre, peculiarem constituendo tractatum locorum communium, unde actiones, seu facta laudanda. Attingam igitur, quæ ad tempus in vita pertinent intra pueritiæ limites.

Locus I.
Mira in lacte sugendo.

Qualia de a *Sancto Sisinio referuntur, quarta, & sexta feria, & sabbato, semel tantùm lac sugente, ieiunij more. non aliter de* b *S. Nicolao, de Sancta Catharina Bononiensi triduo à lacte abstinente, & de pluribus alijs.* c *S. Canide Anachoreta,* d *S. Stephano presbytero,* e *alio Stephano Diensi Episcopo,* f *B. Ioanne de Firmo,* g *de S. Ruberto,* h *de S. Catharina filia Sanctæ Birgittæ,* i *alia Catharina Suedica non in lentibus ab impuris mulieribus lactari.*

a *Petr. de Natal. l. 3.*
b *Sur. 1. Dec. eb. n vit.*
c *Ex Meneis 10. Iū.*
d *Petr. de Natal. lib. 10. c. 86.*
e *Sur. 7 Sep.*
f *Gretserus de discipl. l. 1. c. 14.*
g *Sur. 24. Apr.*
h *Sur. 22 Mart.*
i *Ribad. in eius vit.*

Locus

Locus II.
Eorum oblatio Deo facta à parentibus.

Hinc tot laudes resonant in festo Præsentationis Beatæ Mariæ, & Filij eius. Quamplures etiam hinc laudandi: Eleazarus eadem nocte, qua ortus à matre oblatus, item S. Bernardus, S. Gregorius Nazianzenus, qui quodammodo gloriari in hoc eximiè videtur; ait enim oratione funebri habita in laudem patris. Sur. 27. Sept. Sur. 20. Aug. Sur 9. Maij.

Nam illud, quod ad me pertinet, ne commemoratione quidem fortasse dignum est, vtpote, qui ipsius spei nequaquam satis respóderim. Quamquam fuit illustre illud eius facinus, quod nos prius etiam, quam nasceremur Deo, nihil futuri euentus metu exterrita, promisit, vitæque lucem ingressos protinus consecrauit. Dei autem beneficium fuit, quod voti sui spe non omninò exciderit, nec victima, quam obtulerat, repudiata fuerit.

Locus III.
Præludia sanctitatis in pueritia.

Sur. 7. Apr. VT innocentia, qualis de Sancto puero Hermanno loquente, & panem, pomaque porrigente imagini Virginis Mariæ Iesum vlnis gerentis; de S Nicolao Petr, de Na de Tolentino puerulum Iesum in hostia tal. in app. vidente, sibi puero applaudente, & di c. 16. cente, Innocentes, & recti adheserunt mihi.

Daniei. 1. *Austeritas vitæ ieiunia.* Qualia referuntur de Daniele, Anania, Misaele, & Azaria à mensa regis abstinentibus. Niceph. l. 1 c 14. De Ioanne Baptista trienni ad desertum se retrahente. De Catherina Senensi Sur. 29 Apr. cordula corpusculum cædente. De Sancta Margarita Hungarica à quarto anno Sur. 28. Ian incipiente ieiunio, flagellis, & cilicio se macerare. De Beata Clara de Monte Ex Chron. S. Franc. l. 5. c. 141. Falco, S. Honorato, & innumeris alijs miro affligentibus rigore tenera corpuscula.

S. Gregor. 1. dial. c. 1. Orationis studium, quod tantopere refulsit, in quamplurimis pueris Sanctis, Sur. 20. Maij. vt in S. Bernardino vbique domi aras extruente, & ornante, in S Thoma puero Sur. 7. Maij. quinquenni ad duas horas orationem protrahenti, in S. Emercio à secunda noctis vigilia vsque ad noctem Dauidicos

Psalmos

Psalmos lectitante in S. Clara quatuor annos, nec amplius nata nudis genibus coram Crucifixi imagine diurnas preces fundēte, in S. Roberto Malatesta ita orationi addicto, vt etiam dormiens labella mouere, & Dominicam recitare orationem à nutrice sit conspectus, & in pluribus alijs, quos retexere longum est, & importunum. Ex Chron Franc. sc 40 Ex ijsdem c. 3. l. 1. c. 53.

Ad hoc caput pertinent reuelationes, visiones, extases à pueris habita, quæ arenas maris exuperant, & hic me tædet indicare tantum.

Affectus in religionem primis annis innatus, à quo laudat D. Ambrosius S. Acholium Benedictus Dominus, & benedicta adolescentia eius, quam exegit in tabernaculis Dei Iacob positus in Monasterijs. *Vnde D. Anselmus non dubitauit eos, qui à pueritia monastica vitæ se dederunt, Angelos appellare, qui verò inprouecta ætate homines.* D. Ambr. ep. 59. D. Ansel. l. de simil.

Auditum ab omnibus feruens Monasterij desiderium in Euphrasia, relatum in Vitis Sanctorum Patrum, item in Catharina Senensi, in S. Bonifacio, teste S. Vuillibaldo, in trienni Baptista antra deserti petente. In S. Febronia duorum dumtaxat annorum Monasterium ingressa, in Daniele Stylita septenni.

Locus

Locus IV.
Educatio.

1. Reg 2. & 3.

A*B hoc loco plures commendat sacra historia, vt Samuelem adhuc puerum, ministrum. In conspectu Domini, vbi erat arca Dei*, proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo, quàm hominibus.

2. Paralip. cap. 24.

Ioam. Puer septem annorum, erat Ioas cum regnare cœpisset. Fecitque quod bonum erat coram Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis.

4 Reg. c. 22.

Iosia. Octo annorum erat Iosias, cùm regnare cœpisset. Fecit, quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui, non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram.

Tob. 1.

Tobiam. Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere.

Dan. 13.

Susannam à parentibus iustis perbellè secundum legem Moysi eruditam.

Basil. in ep. ad Neocæsarenses. Henric. Sedul. in Serapho. hist. vitæ eius c. 8.

Possent etiam commendari S. Basilius à sua nutrice Macrina discipula S. Gregorij Neocæsariensi, quæ illi conciones à magistro auditas referebat, de qua nutrice sæpè gloriatur idem Basilius. S. Ludouicus IX. Gallicarum Rex, tanta pietate à matre Blanca educatus.

Huc reuocari possent studia eruditio, & specimen ingenij, qualia de B. Antonino puero decennio, totum decretum memoria mandante, de S. Athanasia septenni totum psalterium ediscente, de S. Thoma Aquinate auidè libellos arripiente & lachrymante; si a tenellis manibus nutrix amouere vellet. Granat. de symb fidei lib. 1. c. 29. Sur. 14. Aug. Sur. 7. Maij.

Reuocanda etiam ad hanc classem in parentes obseruantia, vt mira S. Maclouij ignem in veste ferente, parendi studio B. P. Philippi Neri numquam se de loco mouentis, nisi parentis iussu, à qua ibi fuerit relegatus, & his similia.

De locis in morte.

HOc in tempore consideranda mors ipsa, & quæ circa mortem, hoc est, vel paulo ante, vel post eam contigerunt. Cuius temporis maximam habendam in Sanctorum laudatione esse rationem nemo dubitat, qui audierit canentem Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. *Tunc enim data optima, & dona superna abundantiùs descendunt à patre luminum. Tunc prærogatiuæ speciosius refulgent. Tunc cœlestes apparitiones, visitationes, reuelationes familiarius adueniunt. Totque existunt laudis specialis argumenta, vt quasi intermiserim in præsenti tractatu, in quo breuiculas* Psal.

niculas tantum tradere instructiones proposui. Hic quoque sole lucidius apparebit, quam steriles, & aridæ sint prophanæ rethoricæ addirigendum, & impinguandum Christianum oratorem in laudibus Sanctorum. Locos enim communes quam plurimos, quos ego proponam ad Sanctos laudandos in morte, puto nec excogitare potuisse illos Rethores. Viri enim illustres, quos ipsi celebrabant, habebant ne mortis reuelationes? Prædicebant forsan tempus, & diem obitus sui? Visitabantur in stratis suis ab aulicis Cœli, imò & ab ipso numine? Vocabantur à liberalibus illis Domini vocibus. Euge serue bone, & fidelis? intra in gaudium

D. *Math.* 23. 21. 23. Domini tui, *seù dulcibus sponsi.* Iam enim hiems transijt imber abijt, & recessit? Surge amica mea, speciosa

Cant. 2. 11 mea, & veni. *Lætabuntur ipsi mortis*

Cant. 2. 13 *nuncio audito.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Do-

Psal. 121. 1. mini ibimus? *Fulgebant eximijs virtutibus, pietate, fortitudine, patientia, spe, charitate, cæterisque virtutibus? His omnibus penitus illis inauditis; nè dum expertis; quomodo ex eis poterant oratores texere laudes Heroum? Nos nos ditati sumus tot rationibus, & argumentis ad laudandos nostros viros gloriosos.*

Locus

Locus I.
Mortis reuelatio.

AB hoc loco, sæpissimè contingit laudes astrui Sanctorum virorum in morte. Nam quam plurimis à Deo concessum, hoc speciale munus testatum habemus in historijs.

A Christo Domino, sibi apparente reuelatam fuisse. S Alquirino Monacho Cisterciensi, Barn Montal. in hist. S. Bern. Hispan. lib. 4. cap. 56. *Matthæo S. R E. Cardinali, Episcopo Albanensi, Monacho Cluniacensi*, Petr. Venerab. lib. 2. de mirac. cap. 17. *Niconito Myrobliti Monacho in Armenia*, Baron. in Annal. tom 10. *Anonymo Ord. Præd.* Petr Cluniac lib. 1. de Miracul. cap. 3. *& quàm pluribus alijs.*

A B. Virgine Alberto Magno Ord. Præd. Leander Albert. de vir. illustr. Ord Præd. lib. 3. *Andreæ Corsinio Episcopo Fesulano.* Sur. tom. 1 *Mutæ virgini Romanæ.* Ggreg. Dial. lib 4. cap. 17. *Radbodo Episcopo Traicetensi.* Sur. tom 6. *Vt alijs ob breuitatem prætermissis.*

Ab Angelis, vt Agiboldo Monacho in Monasterio S. Attalæ Abbati, Sur. tom. 4. *Aichardo in Normannia Abbati*, Sur. tom. 5. *Antonio Bembo ex Ie-*

suato-

Suatorum familia, Paul. Morig lib. 2. c. 48. *Auffreberthæ virg. Abbatissæ Cœnobij Pauliacensis in Gallia* Baron. in Annal. tom 8. *Columbæ, Scoto*, Beda de gest Angl. lib 3. cap 4. & 25. *Cono Monacho*. Molan. in addition. ad Vsuard. *Euchario Episcopo Treuirensi, S. Petri Apostoli Discipulo*. Sur. tom. 4. in vita S. Valerij, *Ioanni Scalario de Guascovia, Ord. Præd* Chronic. Dominic par. 1. lib. 3. cap. 8. *Lippo Pisano Ord. Iesuatorum* Morig. cap 41. *Michaeli Florentino Ord. Iesuatorum*, Morig. cap. 38. lib. 2. *Odoni Monacho Cartusiensi* Ex M. S. Monast. Sublacen. *Paulo Episcopo Leonensi in Brittania minori* in vita eius in Biblioth. Filoriacen. *Sebbi Regi Saxonum* Beda hist Angl. lib 4. cap. 11. *Seruatio Leodiensi Episcopo*. Baron. in Annal tom 3. *& alij, quos etiam pratereo*.

A Sanctis pluribus simul apparentibus, Materno Coloniensi Episcopo B. Petri Apostoli discipulo. Sur. tom. 5. cap. 12. & 145. *Cecilia & Lucia apportunæ Abbatissæ*. Sur. tom. 2 *Alberto Ord. Præd. B. Dominico*. Sur tom. 4. in vita S. Domin lib. 5. cap 4 *à B. Euchario Valerio Treuirorũ Episc*. Sur tom. 1. *à S. Hugone Episcopo Lincolniensi, Roberto*. Sur. t. 6. *à B. Isidoro Hispalensi Episcopo, Ferdinando magno Regi Castellæ*. Roderic. Tolet. de rebus Hispan. tom. 1. lib. 6.

cap. 14. *A S Theodoro Archimandrita, Thomæ Patriarchæ Constantinopolitano* Sur. tom. 2. *de reuelatione mortis sit satis.*

Huc refero quamlibet mortis prænotionem, ideoque hinc suas petunt laudes Amicus Monachus Cassinensis. & Eremita Auellanæ Ferrar in Catal. Nou. 2. *Anastasia Patricia Constantinopolitana* Baron. Annal. tom. 7 *Annon Episcopus Coloniensis* Sur. tom 6. *Arnulphus Episcopus Suessionensis* Sur. tom. 4. *Boisilus* Sur. tom. 2. *Cedmon Anglus Monasterio Hildæ Abbatissæ inseruiens* Beda lib. 4. cap. 24. *Cæsarius Episcopus Arelatensis* Sur. tom. 4. *Clarus Abbas Viennensis in Gallia* Sur. tom. 1. *Coleta Virgo Monialis genere Burgunda* Sur tom. 2. *Dominica Torres Virgo Hispana* Franc. Diagus in hist. Ord. Præd. lib 7. cap. 86. *Dominicus Ord. Pred Fundator* Sur tom. 4. *Ægidius Episcopus Nouiomensis* Sur tom. 6 *Eugenius Episcopus Carthaginensis, & Martyr*, Baron. in Annal. tom. 6. *Geraldus Comes Aureliacensis* O Io Cluniacens. lib 2. n. 5. *Gorgonia S. Gregorij Nazianzeni Soror* Gregor. Naz. in orat. funebr. *Ignatius Loyola Societatis Iesu Fundator* Maffæus lib. 2. cap. 23. *Margarita Septempedana, seu de Sancto Seuerino* Ferrar. in Catal. *Mariâ Ægyptiaca* Vit. Patr. lib. 1. *Petrus de Alcantara Ord Min.* in Vita B Teresiæ cap. 27. *multoque plures, quos tantùm*

referre me tædet.

Pulchram nancisci laudandi occasionem ex tali prænotione, docuit inter cæteros Ambrosius, ex hoc; celebrans S. Eusebium. Sed videamus S. Eusebius cum qua gloria ad hanc diem depositionis aduenerit. Dicitur enim ante aliquantum temporis exitus sui, manifesta reuelatione vidisse se Kalendis Augusti de monte ad montem volare, & prophetia quadam hoc interpretatus est hac die exiturum se esse de corpore.

D. Ambr. serm. in die depositionis S. Eusebij.

Locus II.
Prædictio mortis.

NEscit homo finem suum, *ait Sapiens Ecclef. 9. 12. & Saluator Luc. 12. 40. monet.* Estote parati, quia, qua hora non putatis filius hominis veniet: *tamen sæpè ita dispensatum est, cũ Sanctis super hac constitutione, vt ipsis dici possit, quod Assuerus ait ad Esther.* Non enim pro vobis, sed pro omnibus hæc lex constituta est. *Plures imò & plurimi sunt, qui finem suum adeò nouerunt, vt præscripserint sæpè sæpius; non tantum annum, seu mensem, sed diem, & horam sui exitus, etiam nullo apparente signo morbi, vel si pulsante contra opiniones medicorum, qui vel nul-*

Esther 15. 13.

lius

llus facerent momenti morbum, aut periculum eius aliud in tempus differrent. Hinc effert S. Malachiam D. Bernardus. Nullum quidem in eo, non dico mortis, sed vel grauis ægritudinis signum medicis apparebat, ille tamen exhilaratus spiritu, aiebat, omnimodis oportere, vt hoc anno Malachias ab hac vita egrederetur. *Serm. in transitu S. Malachiæ.*

Laudandi ab hoc loco Sancti, vt Abibas Prat. Spirit. c. 102. *Bernardus Ord. Præd.* Matt Raderius par. 2 cap 5. *Clara de Assisio* Sur. tom. 4 *Euthimius Abbas in Palæstina.* Sur tom 1 *Fridericus Episcopus Traiectensis* Baron. in Annal. tom 9 *Gulielmus Eremita, Dux olim Aquitaniæ* Sur tom. 1. *S. Lanfrācus Episcopus Papiensis* Ferrar. in Catal. *Maurilius Episcopus Andegauensis* Sur. tom. 5. *Seuerinus Abbas Agaunensis* Baron. in Annal. tom. 5. *Hi omnes, & alij innumeri, obitum suum prædixerunt.*

Locus III.
Visiones, & apparitiones cœlestium.

M*Agnum sanctitatis testimonium; hæ reddunt ijs, qui cum Stephano in agone decere possint:* Video Cœlos apertos, & Iesum &c.

Non paucos Sanctos ab hoc loco posse laudari historica fides docet, quæ refert in morte plurimis apparuisse Iesum: sic S. Adhelardo Caroli Magni consobrino, qui Episcopo astanti (dixit) Curre velociter, ô Episcope, & Sanctos eius osculare pedes. Sur. tom. 1. *Alferio Abbati Cauensi, qui die Christi Cœnæ obijt, ad cœnam à Iesu Christo inuitatus;* Sur. tom. 2. *Alquirino Monacho Cistercienſi, cui plagas osculandas offert* Bar Montal. in hist. S. Bern. lib. 4. c. 56. *Antonio Vlyssiponensi (de Padua nuncupato) qui sursum intentis oculis aspiciens, dixit interrogantibus quid videret,* Dominum meum video. Sur. tom. 3. *Bauoni Confessori Gallo Belgico, ex Francorum Principum genere, cui morienti cum Angelis occurrit* Baron. in Annal. tom. 5. *Clara de Monte Falco in Vmbria, quæ interrogauit astantem, an & ipsa videret Regem gloriæ* Isid. Moscon. *Clementi Ancyrano Episcopo eum in Cœlum vocante* Sur. tom. 1. *Coleta Virgini Moniali, quæ post apparitionem sibi factã, pœnas sustinet grauiores* Sur. tom. 2. *Edmundo Episcopo Cantuariensi, qui scriptum habebat in fronte Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, eo quòd puritatis amore, à cæterorum adolescentium consortio se subtrahebat* Sur. tom. 6. *Ioanni Achatio Constantinopolitano Sanctorum corona comitatum, cum quo ipse Ioann.*

vsque

usque ad extremum spiritum colloqui auditus est M. S. Bibl. Vall. *Ioanni de Penna, qui post dæmonis tentationes maxima consolatione ex Christi apparitione perfusus migrat* Chron. S. Franc. par. 2. lib 2. cap. 25. *Iuttæ ægrotanti ter apparet cum Angelis, & Sanctis eam ad cæleste regnum inuitans* Script. rerum Pol. *At quo labore consumor in enumerandis omnibus, quibus in morte vel Iesus, vel Virgo mater eius, vel aliquis Sanctorum apparuit; faciliorem viam inuenirē si stellas Cœli, & maris arenas enumerare contenderem.*

Locus IV.
Lætitia.

NOn sustinebant absque dolore & lachrymis Ionathas & Dauid separari. 1. Reg. 20. 41. *Neque à se abire ferebat leuitem socer eius: Detinere etiam saltem per dies decem volebant Rebeccam fratres, & mater eius,* Iud. 19. 5. 6. 7. 8. 9. *Ruth autem non victa argumentis, non precibus flexa separari à socru sua passa unquam est.* Genes. 24. 55. *Verum enimuerò, quod conturbenium, quæ affinitas, quis amor quæ conglutinatio æquiparanda ei, quæ inter animam, & corpus intercedit. Ex quo fit, quod eorum separatio quæcumque alia durior, nec sine maxima tristitia occurrere possit, etiā in*

viris sana mentis piique cordis, quatenus natur: onera ferunt, eiusque partes adimplent. Hinc optimus Ezechias audito
Isa. 38.3. *mortis nuncio fleui' fletu magno. & ipsa fortitudo Christus habitu inuentus vt homo, nostra inquam, indutus natura, & affectibus eius, ante passionem, & mortem cœpit contristari, & mœstus esse. Hic tamen affectus naturalis vincit quidem in hominibus carnalibus, vnde*
Eccl. 41. 1. *ait Sapiens.* Quam amara mors memoria tua homini habenti pacem in substantijs suis &c. *Vincitur autem in Sanctis, qui hanc vitam non nisi carcerem putant propter quod clamant* Educ
Psal. 141. 8. de custodia animam meam. *Expectantque coronam repositam. & expectatos esse, nec minus ignorant ad partem*
Ibid. *gaudiorum*, me expectant iusti donec retribuas mihi. *Ex quibus accidit appropinquante dissolutionis hora, non tristari, non dolere, non flere, sed lætari,*
Psal. 121. 1. *& latabundos canere.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. *Imò & gratias illas*
Psal. 115. 17. *agere.* Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis, *vtpotè non fraudatos à desiderio suo, quod erat* Cu-
Philip. 1. 23. pio dissolui, & esse cum Christo. *Lætitia igitur in morte non naturæ, sed specialis gratiæ munus est, ex quo laudis thema specialis Sanctis oritur, vt Sanctis Anselmo, Brembochio, Benedicto, Carilelpho*

rilelpho, Catharinæ, Didaco, Dunstano,
Euphrasiæ, Modoaldo, Prospero, Vincentio, Guillhelmo, & alijs, quos repræsentant historiæ lætitiam in morte gestantes.
a *Hinc Baptista laudanda, quæ ridens* — a Grimal-
dum moritur, interrogata qua de causa — dus in San-
ridebat respondit, quia iam domum — ctuario Ge-
perueni. b *Hinc Cedmon, qui ea nocte,* — nuæ.
qua se moriturum nouerat, iocatur hila — b Lippon.
ris cum cæteris ægrotis in eodem cubiculo — tom. 1 in
manentibus. c *Hinc Franciscus de Mon* — vit. Hildæ
techiello Ord. Iesuat. qui febri correptus — Abbi.
exultat spiritu, & ait. Benedictus Do- — c In vit. B.
minus, qui recordatus est mei. d *Hinc* — No. Colũb.
Guillhelmus Ord. Præd. qui breui se mo- — d Pius de
riturum audiens, lætitia perfusus canit — vir. illust.
præ iubilo. Gloria, laus, & honor tibi — Ord. Præd.
sit Rex Christe Redemptor. e *Hinc* — e Cronic.
Electus Ord. Min. qui perfusus gaudio — Min.
moriens canit tertio. Ascendo ad patrẽ
meum *vocem semper altius eleuando.*
f *Hinc Epiphanius Episcopus Ticinensis,* — f Sur. tom. 1
qui lætus migrans sæpe canit. Mihi viue- — in eius vit.
re Christus est, & mori lucrum, *& his*
similia. g *Hinc Nicolaus Tolentinas læ-* — g Sur. tom.
tus moriens pronunciari sibi vult igitur. 5.
Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. h *Hinc maria de* — h Sur. tom.
Oegnes, quæ mori gaudens, fixis in Cœ- — 3.
lum oculis, ridet, plaudit manibus alleluia, & cantica quædam exultans canit
totamque noctem vltimam in iubilo du- — i Baron in
xit. i *Hinc Macharius Patriarcha An-* — Ann. tõ. 11.

tiochenus, qui moriturum se sciens peste correptus, hilarem se prabet omnibus, accumbit cum fratribus, eosque ieiunium soluere ob lætitiam iubet. l *Hinc Vrsinus Presbyter, qui maxima cum lætitia apparentibus Sanctis sibi morienti ait,* bene veniant, venio venio, gratias ago, ecce venio, *& hac dicens lætus migrauit.* m *Hinc Conradus Germanus Ord. Præd. qui exclamat moriens lætitia perfusus,* Cantate Domino canticum nouum alleluia; *& ore iucundo, ac luculenta facie in Cœlum digito extenso migrat* n *Hinc Edmundus Episcopus Cantuariensis, qui mori gaudens, Crucifixi vulnere exosculatur dicens,* haurietis nunc aquam in gaudio de fontibus Saluatoris. o *Hinc Gutlacus Anachoreta, qui audito mortis propinquæ nuncio lætus exclamat;* bonum mihi est dissolui, & esse cum Christo. p *Hinc Iuuentius Episcopus Ticinensis qui perfunditur gaudio mortis habita reuelatione, & in ecclesia biduum manens in ea lætus (missa celebrata) moritur.* q *Hinc Laurentius Patriarcha Venetus, qui mori gaudens arguit de sua morte plorãtes (dicens)* abite hinc cũ vestris lachrimis tempus lætitię est, non lachrimarum. r *Hinc Macrina Virgo, qui læto animo esse iubet (de sua imminente morte) dolentem, dictum ei volens; morbum iam in melius verti, quia scilicet ad æterna regna vocabatur, aliique &c.*

l Greg. dial. lib. 4. c. 11.
m Sur. tõ. 4.
n Sur. tõ. 6.
o Sur. tõ. 2.
p Sur. tõ. 5.
q Sur. tõ. 1.
r Sur. tõ. 4.

Locus V.

Feruor non remissus.

SI vllum est sibi indulgendi tempus absque controuersia, illud in quo quis ægritudine laborat. Febri enim æstuante, membris dolentibus, & toto corpore languente, quis potest meditationibus, & orationibus animum eleuare, ieiunijs, & flagellis carnem macerare, & huiusmodi opera perficere? Tamen robusti ij, qui clamant Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. *perfecerunt, quod charitatis robur eximijs eos procul dubio laudibus cumulat. Perfecit dico* a *Anselmus, qui quotidie in Oratorium se portari facit, vbi Missam audiat: perfecit* b *Augustinus qui nunquam prædicationem intermisit: Perfecit* c *Bernardus, qui etiam acetum, & aquam rosaceam recusat accipere, ne à contemplatione distrahatur: perfecit* d *Carolus Borromæus, qui consuetas exercitationes spirituales, nec etiam dum grauiter ægrotaret, intermittere voluit: perfecit* e *Dominicus Loricatus, qui nec psallere, nec flagellis, ac more cedere omisit: perfecit* f *Eligius, qui febrem dissimulans, in oratione pernoctat: perfecit* g *Eleazarius, qui sæpius in infirmitate quotidie propè lectum Missam audit, ac iugiter de Deo*

Cant. 8. 7.
a *Sur.* tō. 2. *Baron. in Annal.*
b *Sur.* tō. 5. *in vita S. Franc.*
c *Math. Roder. Societ. Iesu.*
d *Vit. eiusdem.*
e *Sur.* tō. 5. *ex Petro Dam.*
Lipp. tō. 8.
f *Sur.* tō. 6.
g *Sur* tō. 4. *Seraph. hist. li.*

h Vit. ipsius. i Vit. ipsius. l Odo Cluniacen. in vita eiusd. lib 2 n. 5 m Hist. S. Bern. Hisp. lib 4 c 14. n Sur. tō 1. o Chron. Ord. S Aug. vit. Fratrū nūcup. l. 2. c. 13. p Chron. Lerinen. ex serm. S. Hilarij de vita eiusd. q Sur. tō. 6 r Sur. tō. 1. Baron in Ann tom. 4. & 5. s Chron. S. Franc p. 3. c. 9. lib 3. t Franc. Didacus Hist. Ord. Præd. Prou. Arag lib. 1. c. 59.

h sermonem aut lectionem vult apud se i haberi: perfecit l Francisca Romana, quæ etiam vltima ipsa die Missam audit, & Coronam ac Vesperas Beatæ Virginis recitat: perfecit m Franciscus Xauerius, qui eadem facit moribundus, quæ facere sanus consueuerat: perfecit n Gebraldus, qui ægrotans, nunquam Missa deesse voluit: perfecit m Godefridus, qui, nunquam Chorum deserere voluit: perfecit n Guillhelmus, qui etiam febricitās, concionem, orationem, & Diuinum Officium non vult intermittere: perfecit o Hermannus, qui quotidie Officium recitat, & Missam vel celebrat vel audit: perfecit p Honoratus Episcopus qui in furentibus doloribus, sermonem ad populum in festo Epiphaniæ habere voluit: perfecit q Humbertus, qui Diuinum Officium recitare non prætermisit: perfecit r Ioannes Chrysostomus qui difficillimum & longum agit iter: perfecit s Ioannes Hertulanus, qui iamiam moriturus, accedit ad vocandum Confessarium: perfecit t Ioannes Mycus, qui non vult conciones omittere, & in ea deliquium patitur.

Locus VI.

Mors sine morbo.

SVbitum mortis genus, tot calamitatum expers, quot solent mortem circum-

cumuenire, cæteris præferebant Iulius Cæsar, teste Tranquillo; Philippus Macedoniæ Rex, vt scribit Orosius lib 3. c 4. *Verum, quantum habeat illud horroris, fidem faciunt preces illæ. A subitanea, & improuisa morte, libera nos Domine. At si adinueniri posset genus mortis, morborum calamitatibus orbatum; & hoc simul horrore, verè omnibus præferendum esset, beatique prædicandi, tali morte donati. Prædicemus ergo Abraham, Virginem, eiusque matrem* Sur. tom 1. in vita eiusdem. *Prædicemus SS. Albertum* Ord. Præd. Leand. Alb lib 3. de Vir. Illust. Ord Præd. *Charitonem Confessorem Bartholomæum Piccolomineum Ord. Iesuatorum* Colum. lib. 2. cap 17. *Benedictum Abbatem* Baron. in Annal. tom. 7. *Corbinianum Episcopum Frisingensem* Sur. tom. 5. *Edmundum Episcopum Cantuariensem* Sur. tom. 6 *Pambonem Abbatem* Socrat. lib 4. cap. 18. *Simonem Monachum* Sur. tom 3. *Onuphrium Eremitam* Sur. tom 3. *Conradum Theuthonicum Ord. Præd* Chron. Ord Præd. par. 1. lib 2. cap. 19. *pluresque alios, qui nullo vexati morbo, ex hac vita migrarunt.*

Locus VII.
Virtutes in morte.

Locus hic diuidendus esset in tot paragraphos quot virtutes, quæ exercentur à moriente; hoc tamen faciam in magna Rethorica; in præsenti satis erit quocumque attingere, v. g.

Patientia in morbi afflictionibus, & agonis angustijs, cuius argumenta: Querimonia nulla, Gratiarum actio, & his similia.

Charitas in proximos, cuius argumenta: Adhortationes Sollicitudines aliorum, Amplexus, Oscula, Dulcia verba, & his similia.

Humilitas, cuius argumenta: Stratus humi, Præceptum de vili corporis humatione, Timor Iudicij, & quæ huius generis sunt.

Oratio, præsertim si in ea Saluatoris imitatione spiritum Deo reddiderint.

Abstinentia non remissa infirmitatis occasione.

Exempla tàm huius, quàm cæterarum virtutum omitto breuitati consulens opusculi, qua necessitate coactus.

Abstineo etiam ab alijs locis indicandis quales possent assignari. Verba memorabilia dicta in morte Mors precibus obtenta, vel genus mortis. Concursus ad lectulum.

lectulum morientis petita benedictio. Fletus, & mœror adstantium.

De tempore post mortem.

Esto sint praclara tempora ante natiuitatem, in natiuitate, in vita, & in morte propter argumenta quæ ex eis oriuntur, & nos scintillare vidimus copiam, splendorem, & robur; tamen tempus quod sequitur, idest, post mortem, ea quodammodo obscurat, tanto splendidius, parensque fæcundior illis est. Idcirco eo accuratius tractandum putaui quo magis prestat, & arctiorem cum Sanctis affinitatem habere cognosco. ni fallor cum S. Io: Chrysostomo qui propterea ex hoc tempore orationes eligit ad laudandum S. Martyrem Babylam; aitque.

Res enim antiquiores preclarè vobis à senibus possunt narrari: quæ verò non ita pridem ac nostra ætate sunt gesta vobis iuuenis ego narrabo; quæ nimirum post obitum, post exequias Martyris, ac dum in suburbio moraretur, acciderunt. At scio equidem fore, vt promissum nostrum Gentiles irrideant, quod post obitum, & exequias eius, qui sepultus sit, & in cinerem dissolutus, nos præclara facinora cõmemoraturos promittamus: non tamen idcirco tacebimus

Ex D. Io: Chrys. Homilia Hieromartyre Babyla. tom. 6.

bimus, sed ob hoc ipsum potissimum verba faciemus, vt cum rem istam mirabilem ostenderimus, risum, & sannas in illorum caput couertamus. Nam hominis quidem cuiusuis recte facta post mortem esse nequeunt. Martyres vero, & multa, & magna possunt: non vt ille fiat illustrior; neque enim ille commendatione indiget vulgi: sed vt tu discas infidelis mortem Martyrum non esse mortem, sed initium vitæ melioris, magisque spiritualis conuersationis preludium, atque à deterioribus, ad meliora transmigrationem. Noli enim hoc spectare, nudum Martyris corpus animæ operatione destitutum esse propositum; sed illud confidera maiorem ipsa anima virtutem illi quandam assidere Spiritus Sancti gratiam, quæ editis a se miraculis omnibus spem certam resurrectionis eius facit. Si enim mortuis corporibus, & in puluerem resolutis maiorem, quam viuis omnibus virtutem Deus largitus est, multo magis vitam illis priore potiorem, ac fæliciorem, quo tempore coronas diuidet, largietur.

Loci communes à quibus petendæ laudes Sanctorum post mortem.

Locus I.
Reuelationes, Visiones, & Apparitiones.

Primò mihi videtur reuelationes, & visiones habitæ de salute mortui, imò de beatitudine illius, quas vtpotè nimis familiares in Sanctorum obitu indicare omitto: quæ enim acta Sanctorum legimus, in quibus in mortis narratione non audiamus, sub specie columbæ animam illius ad Cælum aduolasse, vel radiantis syderis fulgentis etiam Solis, & huiusmodi.

Ab hoc loco celebrat Ecclesia Beatam Agnetem Virginem, & Martyrem in secundo festo, quando parentibus ad sepulchrum orantibus, gloriosa Virginum choro comitata apparuit, dicens; Congratulamini mihi, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi.

Locus II.

Portenta post mortem.

QValia sunt SS. *Alberti Ord. Præd. qui mortuus super se orantem amplexatur* Leand. Alb. lib 5. de Vir. Illust. Ord. Præd. *Sisinij Anachoretæ, qui se amplexantem salutat* Prat Spirit. in Vit. Patrum lib 10. cap 93. *Catharinæ Virginis, quæ manum comprimit Episcopi* Sur. tom. 2. *Arnulphi Episcopi Suessionensis manum eleuantis, & annulum suscipientis* Sur. tom. 4. *Athanasij Monachi manum pectori adhærentem ex obedientia relaxantis, vt indup[illegible]* Sur. tom 2. *Geraldi, & Philippi manibus verenda contegentium semel, & iterum, imò & tertiò. Finæ Virginis Hetruscæ manum dum sepelitur attollentis, & nutricem suam à morbo insanabili curantis* Ferrar. in Catal. *Seuerini Boetij, Dionysij Areopagitæ, Vrsi, & Victoris, cum Socijs LXVI. Lamberti Martyris Hispani, Margaritæ Virginis Romanæ corpore insepulto manente, suaueolenti madescentis sudore* Sur. tom 7. *Athanasij Monachi Monasterij S. Nicephori ex suo corpore cupressum germinantis* Sur tom. 2.

Huius ordinis sunt Barba, Cæsaries, & vngulæ, nascentes in mortuis, vt in Gaudentio Episcopo Nouariensi Ferrar. in Catal. *& in alijs.*

Tt etiam quorum corpora genibus flexis, qumadmodum se composuerans ad orandum steterunt post mortem Vt de SS. *Arsacio milite, Leonum, aliarumque ferarum Domitore, & in Imperiali Comitatu custode* Sur.tom.4. *Conone Monacho* Ferrar. in Cat. *Guillhelmo Eremita duce olim Aquitaniæ* Sur. tom 1. *Limania Moniali Cypria à vino & esu carnium perpetuò abstinente* Ferrar.in Catal. *Paulo Iustiniano Camaldulensi* Luc. Eremit. lib.3 c.26. *Petro de Alcantara Ord Min.* in vita B.Teresiæ c.27. *Petro Burghesio Ord.Iesuat.*Morig lib.2 c.33. *Petro Belfredello Florentino Ord. Iesuat.* in vita B. Io: Columb.cap.22. *Venerio Monacho solitario apud Tibur* Ferrar. in Catal. *Veridiana Virgine Ord. Vallis Vmbrosa* Petr.de Natal. lib.5.cap.94. *& alijs relatum habemus.*

Locus III.
Sepulchri honor, reliquiarum veneratio, patrata miracula.

L*Ocus hic reuelari mihi videtur à sacris paginis. Nam ait Esa.*11. Et erit sepulchrum eius gloriosum. *Item ecclesiasticus laudator Eccles.*49.18. Ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. *Neque deest laudationis argumentum, quando etiam corpus Sancti gloria sepulchri careat, imò sit in-*

S. v. & m. Pelagiæ Antiochenæ. *indecenter collocatum, dummodo adsit Chrysostomi ingenium & eloquentia, qui non propterea deficit in laudanda S. Pelagia, fidem faciant eius verba.*

S. Chrys. de laudatione Iacebat igitur corpus illud non in lecto aliquo, sed in solo: nec propterea tamen honoris expers erat, quia in solo ipso iacebat, sed solum ipsum ex eo fuit honoratum, quod corpus illud, tam gloriosum excepit: quinimo quia in terra iacebat, eo ipso corpus illud erat honoratius. Huiusmodi enim sunt iniuriæ, quæ propter Christum accipiuntur, vt honoris cumulum nobis afferant; iacebat igitur in solo ipso, & in angusto quodam loco; sed Angeli pelagiæ corpus circumdabant, & Archangeli omnes honorabant: Christus denique ipse præsens erat: nam si domini mortuos seruos aliquos nobiliores ad sepulturam deducunt, neque erubescunt: multò magis Christus ipse virginem, quæ eius causa libenter animam emiserat, & tantum periculum susceperat, præsentia sua honorare non recusauit. Iacebat itaque illa, & Epitaphium habebat martyrium, quod susceperat, confessionis ornatu decora, & veste omni regali purpura preciosiore induta. Erat autem vestis illa duplex, vna virginitatis, altera martyrij: his funeribus donis ornata Virgo

Virgo hæc, ad tribunal Christum assistet.

At audiamus quomodo à gloria sepulchri, à veneratione reliquiarum, à miraculorum, & gratiarum elargitione extollat laudatam idem Chrysostomus. qui multifarius est in huiusmodi argumentis; nec plurima eius testimonia referre me piget, vt imitari discamus. *Ex D. Io: Chrys. laud. in S. M. Ignatium tom. 5.*

Non aliter, quam thesaurus quidam perpetuus, qui quotidie exhauritur, & nunquam deficit; sic etiam Beatus hic Ignatius cunctis ad se accedentibus benedicens: fiducia, & strenua alacritate, magnaque fortitudine plenos remittit domum. Itaque non hodie tantum, sed quotidie ad ipsum confluimus, spirituales ex eo fructus percipientes. Quisque enim cum fide ad illum accedit, magis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modo corpora, sed ipsi loculi, & monumenta spirituali gratia conferta sunt. Nam si in Eliseo id contigit, vt defunctus sepulchrum eius attingens mortis vincula dissoluerit, & ad vitam rursum redierit; multo magis id fieret hoc tempore, quo gratia fluit vberior, quo spiritus maior est vis; vt si cum fide aliquis arcam attingat magnam, inde virtutem hauriat, & eam ob causam reliquias Sanctorum nobis reliquit Deus, vt nos ad se

eorum

eorum imitatione perducat; & sint nobis velut portus quidam, & idoneum solatium eorum malorum, quæ assidue nos affligunt. Quamobrē vos omnes cohortor, fratres, si quis vestrum ęgritudine animi, vel corporis morbo, vel quauis alia calamitate premitur, vt cum fide huc accedat, & ab alijs omnibus liberatus, magna cum lętitia reuertetur, & aspectu solo conscientiam leuiorem, & tranquilliorem reportabit. Quin etiam expedit, vt non solum ij, qui ęrumnis, & molestijs affecti sunt, huc se se conferant, sed illi etiam, qui animi quiete, & gloria, & potentia, & magna apud Deum fiducia perfruuntur. Huc enim accedentes, & sanctum hunc intuentes bona hæc efficient firmiora, & stabiliora: & memoria virtutum, & recte factorum huiusce sancti viri, animos suos reddent moderatiores, nec conscientias suas bonis operibus efferri, atque intumescere patientur. Non autem parui momenti est, eos, quibus prosperæ, atque secundæ res fluunt, eas ferre moderate, & superbiæ tumore non extolli. Vtilis igitur cunctis hic thesaurus est, & refugium salutare tam illis, qui rebus duris, atque asperis, & peccatis conflictantur, vt ab ijs liberentur: quàm illis, qui prospere, & fœlicit er

liciter degunt, vt diù fruantur bonis: illis, qui morbis laborant, vt bonam valetudinem consequantur: illis, qui commoda gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incurrant. Quæ quidem omnia considerantes, huius loci frequentationem voluptati cuilibet præferamus, vt exhilarati simul, & ditati contubernij, mensæque cœlestis participes cum sanctis fieri valeamus, precibus ipsorum sanctorum, & gratia.

Idcirco sæpè eos inuisamus, capsulam attingamus, magnaque fide reliquias eorum complectamur, vt inde benedictionẽ aliquam assequamur. Etenim sicut milites, vulnera in prælijs sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita, & illi in manibus abscisa capita gestantes, & in medium afferentes, quæcunque voluerunt apud regem cœlorum impetrare possunt. Proinde magna fide, promptitudineque huc veniamus, quo, & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmijs, inde varios thesauros vndiquaque colligamus: & per præsentem vitam, ita iuxta voluntatem Dei transeamus, vt in portum æternitatis cũ multis mercibus ingrediamur, & regno cœlorum perfruamur.

Ex D. Io: Chrysost. laudatione in SS. mart. Iuuentinũ, & Maximũ tom. 5.

Sume enim quempiam à dęmone *S. Io: Chrys.*

cor-

Homil. in S. Iulianũ. correptum, ac furentem, & ad sanctum illud Sepulchrum deduc, quo reliquiæ Martyris continentur, tum resilientem plane, atque fugientem videbis. Vt enim si per pennas incessurus esset, sic ab ipso vestibulo statim exilit, & ne oculos quidem aduersus ipsam thecam audet attollere. Quod si nunc tanto post tempore, cum puluis, & cinis est factus, su[illegible]re in monumentum non audent, nec in nuda sancti ossa; minime dubium est, quin tum quoque cum illum sanguine purpuratum videbant, vulneribus vndique amplius, quam solem radijs refulgentem, perculsi fuerint, & luminibus orbati recesserint.

Maior tamen est Sancti veneratio, si populorum concursus sit, non ad sepulchrum, & reliquias Sancti, sed ad locum vbi sit simplex eius memoria. Author idem Chrysostomus.

Ex D. Io: Chrys. Homilia de S Heletio tom. 6. Adeo namque celebris euasit, vt cum in Thracia sepultum sit eius corpus, in dies singulos memoria eius apud nos efflorescat; & cum in illo barbarico oppidulo sit eius tumulus, noster in eum amor, qui tanto ab eo disiungimur interuallo, post tam diuturnum tempus singulis diebus augeatur. Imo vero, si verum dicendum sit, apud nos etiam est sepulchrum eius, & non in Thracia tantum. Monumenta

numenta enim sanctorum non loculi solum sunt, capsulæ, columnæ, ac literæ; sed res præclare gestæ, ac fidei zelus, & sana apud Deum conscientia. Siquidem omni columna splendidior hæc Ecclesia Martyri est erecta, quæ literas habet non mutas, sed quæ rebus ipsis buccina clarius memoriam eius prædicant, ac celebrita[illegible] & vnusquisque vestrum, qui adestis, sancti illius est sepulchrum, sepulchrum animatum, atque spiritale. Nam si cuiusque vestrum, qui adestis conscientiam explicuero, sanctum istum in mēte vestra reperiam diuersantem. Videtis vt nihil profecerint aduersarij, vt gloriam non extinxerint, sed extulerint potius, sed illustriorem reddiderint potius, tot pro vno sepulchris erectis, sepulchris animatis, sepulchris vocem mittentibus, sepulchris ad eumdem zelum comparatis.

Idcirco Sāctorum corpora, & fontes, & radices, & vnguenta nuncupo spiritualia. Quid ita? quoniam vnum quodque istorum, quæ dixi virtutem suam apud se non retinet tantum, sed etiam ad alia multa longe, lateque diffundit. Exempli causa, fontes multis quidem scaturiunt laticibus, at eos intra sinus suos non retinent, sed longa flumina parientes cum mari iunguntur *Ex D. Io: Chryf. Homilia de S. Eustachio Antioch. tom. 6.*

guntur

guntur, & tanquam manus cuiusdam extensione, longitudine illorum marinas aquas præhendunt. Rursus arborem radix deorsum in terræ visceribus est abscondita, sed non omnem virtutem suam deorsum continet, ac vitium, præsertim arbustiuarum est hæc natura. Vbi enim per excelsos calamos ramos suos extenderint, per arundines illas serpentia sarmenta, longum quoddam tectum frondium densitate conficiunt. Eiusmodi est, & vnguentorum natura: siquidem illa sæpe numero sunt in conclaui recondita, sed erumpens eorum odor in visos agniportus, & fora, eis etiam qui foris ambulant, intus repositam aromatum virtutem indicat. Quod si fons, & radix, & arborum, atque vnguentorum natura tantam vim habent, multo magis sanctorum corpora. Enim vero falsa non esse quæ dicimus, vos mihi testes estis. Nam Martyris quidem situm est corpus in Thracia, vos autem, qui in Thracia non versamini, sed ab illa regione multum dissiti estis, suauem odorem tantis spatijs interiectis percipitis, ideoque conuenistis, nec eum viæ longinquitas impediuit, nec diuturnitas temporis extinxit. Talis enim spiritualium recte sanctorum est natura: nullo corporeo interrumpitur obst-

obstaculo, sed floret, & crescit in dies, eamque nec longinquitas temporis labefactat, nec interuallum itineris intercludit.

Locus IV.
Gloriosa reliquiarum translatio.

Dei vero gratia perpetuo manere illic non permisit, sed rursus illum vltra flumen transtulit, vt multa loca sua Martyris odore complerentur.

Ex D. Io. Chrys Homilia de S. Hieromar. Babyla tom. 6.

Nec vero vos soli, sed cunctæ quæ interiectæ sunt ciuitates. Quomodo enim eas affectas existimatis cum reportatas reliquias cernerent? quem voluptatis fructum percipere? quanta lætitia gestire? quam faustis vndique acclamationibus coronatum amplecti? Quemadmodum pugilem generosum, qui omnes deuicerit aduersarios, spectatores è cauea cum plausu consurgentes sublimem statim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, sed humeris sublatum innumerabilibus laudibus ornantes, domum reportant: sic vtique, & sanctum illum omnes ex ordine ciuitates ab vrbe relatum, suscipientes, humerisque gestantes, Antiochiam vs-

Ex D. Io. Chrys. laudatione in S. m. Ignatiû tom 5.

quæ sunt comitata, Martyrem coronatum concelebrantes, collaudantes victorem, diabolum deridentes, quod è contrario, illi versutia successisset.

Refer ad hunc locum omnia miraculorum genera, facta à Sanctis, post mortem.

Locus V.

Deuotio seu amor, quo à populis prosequitur Sanctus post mortem.

Loci huius plura sunt argumenta.

Ex D. Io. Chrys. Homilia in S. Meletium Antioch.

Primum quòd nomen illius Sancti frequenter natis imponatur. Solent enim amantes eorum, quos amant, vel nuda complecti nomina, & incalescere ad ipsas appellationes, quod vobis quoque in hoc Beato visu venit: nam cum eum à principio in ciuitatem ingressum excepissetis, vnusquisque filium suum appellabat ab illius appellatione; per appellationem existimans vnusquisque in domum suam, sanctum introducere Patresque, Auos, & Proauos Matres prætereuntes, Beati Miletij nomen imponebant liberis, quos pepererant. Naturam enim vincebat amor pietatis, & dei

ceps qui nascebantur, non ex naturali solùm beneuolentia, sed etiam ex affectione ad illam appellationem, erant chari parentibus: ipsum enim nomen,& ornamentū cognationis, & ædium tutelam, & ita vocatis, salutem, & amoris solatium esse existimabant, & perinde ac si quidam, qui sedebant in tenebris, cum vna lampa[illegible] specta fuerit; multas accendentes lucernas, vnusquisque infert in domum suam. Ita etiam cum illa appellatio, tanquam lumen incidisset in ciuitatem, introduxit in domum suam beati tunc illius nomen, veluti quendam Thesaurum bonorum innumerabilium, per illius afferens appellationem: eratque id, quod fiebat, doctrina magnę charitatis, & pietatis. Nam cum assiduè cogerentur meminisse illius appellationis, & illum sanctum animo complecti, habebant hoc nomen tanquam arma quędam, quibus fugabatur quæuis à ratione aliena affectio, & cogitatio: fuitque id adeo frequens, vt vbique in biuijs, in foro, in agris, & in vijs hoc nomen vndique circumsonaret.

Secundum, quòd eius imagines vbique affigantur.

Non ad nomen autem solùm adeo fuerunt affecti, sed ad ipsam etiam figuram corporis.

Crescit hoc argumentum, si sanctum diligi ostendatur etiam ab iis, qui eum non nouerunt.

Etsi enim hoc quoque admirabile, quod qui fuerunt illius vitæ tempore iuniores, ij quoque accenduntur ad idem desiderium. Atque vos quidem senes in hoc solo superatis eos, qui non viderunt, quod cum eo versati estis, & fructum percepistis sanctæ eius consuetudinis: qui autem non viderunt, vos superant, quod cum virum non aspexerint, in ipsum non minus desiderium ostendunt.

Magis etiam crescit, si ostendatur, quod populorum amor, seu deuotio erga Sanctum, decursu temporis non extinguatur; imò augeatur.

Ex D. Io. Chrys. Homilia in S. Meletium tom. 6.

Quamquam in amissione eorum, qui sunt charissimi, non ita solet euenire. Sed quando quis filium charissimum, vel etiam reuerendum maritum amiserit mulier, quando quidem eius feruentem conseruat memoriam vehementior luctus alitur in animo. Quando verò succedens tempus luctum emollierit, simul cum vehementia doloris extincta est etiam, quæ vigebat, memoria. In hoc autem Beato Meletio accidit contrarium. Nam animi quidem egritudo fuit omnino eiecta. Recordatio vero non simul abijt cum dolore, sed aucta est

vehementius. Testes autem estis vos, qui post tantum tempus, non secus ac apes fauum circumuolatis corpus Beati Meletij. Causa vero erat, non a natura ortus in illum amor, sed discretionis recte ratiocinatio. Propterea non fuit morte extincta Sancti Meletij memoria, tempore non emarcescit, sed augetur, & maius accepit incrementum.

Exulto cum martyribus, & præ lætitia tripudio, dum pratorum loco tropheum ipsorum intueor: quoniam pro fontibus sanguinem effuderunt; illorum ossa consumpta sunt, at illorum memoria in dies fit recentior. Vt enim fieri nequit, vt sol extinguatur, ita neque vt Martyrum memoria pereat, ipse enim Christus pronunciauit *Cœlum, & terram transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Luc. 21. 33.

Locus VI.

Instituta opera, & sancta proles.

De primo ait Sapiens, *in laudibus fortis Mulieris:* Laudent eam in portis opera eius. *De secundo in Eccles. 44.* Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: Prou. 31. 31. Eccli. 44. 8. 11.

Hæreditas sancta nepotes eorum. I
Filius sapiens gloria patris. *Qui igitur & quales laudes ex his, accedunt Sanctis religionum fundatoribus, quæ uni Francisco, cui tot nepotes sancti, cui tot filij sapientes, quæ uni Dominico, quæ uni Ignatio, & sic de cæteris Patriarchis. Templa extructa, Monasteria fundata, Xenodochia erecta, & mille huiusgeneris opera, quas laudes non pendunt suis authoribus.*

Sunt procul dubio loci alij quamplurimi, sed in breui scintillarum opusculo locum non habent. ostendet eos perfecta Rethorica, quam vestris precibus infirmam meam valetudinem adiuuantibus, citò vestri iuris faciam. Interim in secundo tomo Vitarum Sanctorum, dabo locos communes, pro laudandis Sanctis in specie, quos scio maiorem etiam his in genere apud vos gratiam inuenturos: vt potè, qui ditissimam vobis præbebunt supellectilem ad laudandum pro tempore quemlibet Sanctum laudibus non communibus, sed proprijs.

APPARATVS
MORALIS
Igniculi deuotionis
Testimonia

De

Vtilitate in legendis vitis
Sanctorum.

IGNICVLI DEVOTIONIS Testimonia

De Vtilitate in legendis vitis Sanctorum.

Sanctus Basilius Magnus in oratione de S. Gordÿ laudibus.

*Ign.*1 Quemadmodùm enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque præstāri diffunditur odor; sic è Sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes prouenit vtilitas.

Ibidem.

*Ign.*2. Quis ergo illorum verborū sensus? (puto prou. 19.2. *In multiplicatione iustorum la-*

 tabi-

tabitur vulgus) Is videlicet quòd populus spiritali lætitia gaudet, si eorum tantùm admoneatur, quæ iusti patrarunt; atque inde ad æmulationem rectè factorum ab ijs, quæ audit, accenditur. Illorum enim, qui in fide claruerunt, historia simplex, velut lucem quamdam Dei cultoribus ad virtutis iter ostendit. Quamobrem cùm in sacris voluminibus Moysis vitam, morumque lenitatem, nostrę naturę magnoperè optatam, narrante Spiritu Sancto audimus, statim æmulamur. Quòd si reliquorum facta virorum eloquentiæ floribus ornantur, Sanctis tantùm ad ea, quæ maxima gessere, demonstranda, sat fuerit oratio simplex. Itaque dum vitam eorum, qui in pietate conuersati sunt, exponimus, Dominum cum pri-

mis

mis per seruos suos glorificamus: deinde, & iustos ipsos testimonio eorum, quæ scimus, celebramus, & populum per auditum rectè factorum exhilaramus. Ioseph dùm audimus, aut legimus vitam illius, assequi castitatem magnoperè cupimus: Si verò Samsonis narratur historia, ad illius imitandam fortitudinem accendimur.

S. Paschasius. Ratbertus in vita S. Adelardi, in Prologo.

Ign. 3. Pretium operis est, viros quosque doctissimos imitari, qui pio mentis affectu, carorum in Christo funera defleuere, flendo quoque, miris eos prosecuti sunt laudibus. Quoniam, sicut Beatus Ambrosius in opere super Valentinianum dixit, & si incrementum doloris sit, id quod doleas scribere, tamen

plerumque in eius, quem amissum dolemus, commemoratione requiescimus, eò quòd in scribendo, dum in eum mentem dirigimus, intentionemque defigimus, videtur nobis in sermone reuiuiscere, & totus medullam nostræ mentis influere. Cæterùm posteritatis negotiū est, vt eorum exempla virtutum litteris commendemus, quatenus, & nostrum charitatis debitum proximis persoluamus, & Patrum exempla, quos imitari debeant, filijs non negemus.

Auctor vitæ S. Bertiliæ Virginis, in Prologo.

*Ign.*4. Miracula, nec non gesta Sanctorum narrare non modicum legentium, seu audientium esse profectum, haud dubium est; quoniam, & eorum exemplo informātur ad

bona.

bona operanda,& præmio inuitantur ad gaudia totis virium suarum nisibus quęrenda. Hinc Domino nostro Iesu Christo laus, & exultatio magis, magisque accumulatur; & conuersim humani generis inimico confusio, atque suor in dies potior nascitur, cùm,& primùm ab illo totius Ecclesiæ capite victus aufugit, & imò posteà à membris suis legitur quotidie victus, & confutatus. Quocirca pauca de vita, seu virtutibus S. Bertiliæ scribere orsus, efflagito (quicumque es lector), vt seriem ineptæ orationis hic nō attendas, sed vt vitam optimæ conuersationis, etiam ab ineunte ęuo præfatæ Dei famulę consideres;nec vt exerceearis verborum ingenio, sed potiùs, vt ad bona agenda eius inuiteris exemplo. Ast hæc summatim in capite pręmissa;

missa; hinc textus exordium sumat.

Auctor Vitæ B. Rogerij Abbatis, in Prologo.

Ign. 5. Primum semper fuit in Ecclesia Dei, Sanctorum describere vitas virorum, sint in speculum, & quoddam veluti condimentum vitæ hominum super terram. Per hoc enim quodãmodo apud nos post mortem viuunt, multoque ex ijs, qui viuentes mortui sunt, ad veram prouocant, & reuocant vitam.

Auctor Vitæ S. Melanij Episcopi Redonensis.

Ign. 6. Cum Sanctorum priscorum Patrum veneranda memoria, in omnipotẽtis Dei laude, venerabiliter sit colenda; & eorum honorabilis vita

vita ad exemplum fidelium fideliter proferenda; quisque in diuinis voluminibus reus adscribitur, qui non studuerit dare gratis, quod ipse gratis accepit. Quicquid enim Ecclesiæ filijs proficit, & auditores suos imbuit, eósque ad exemplum prouocat bonum, non est silendum, sed potius prędicandum. Idcircò nos timentes de inutili, vel potiùs de noxia taciturnitate damnari, insignia Sanctissimi Christi Præsulis Melanij gesta, qualicumque decreuimus exprimere charactere: ne fortè, quod absit, dum præstolatur qui ea luculentiùs describat, materies multipliciter pro futura vetustate depereat.

Auctor Vitæ S. Erminolondi Abbatis, in præfatione.

Ign.7. Nouissime diebus istis, in quibus (proh dolor!) iuxta Psalmistæ querelam defecit Sanctus, & diminutæ sunt à filijs hominum veritates, bonorum antecedētium sanctitatem, & scripto recolere & memoriæ tradere posterorum, tam rationis instinctu monemur, quàm ipsa vtilitate allicimur, & profectu. Denique Sanctus Sanctorum, à quo sanctitas omnis tāquàm à fonte primario, scaturigine multiformi permanat in Sanctos, in riuulorum limpida puritate dum noscitur, & laudatur, sui sitim in eis excitat salutarem, qui ab eo dulcedinem deriuatam in suorum mirifica suauitate legendo præsentiunt, & prægustant. Accedit ad hoc, quòd nos,

qui futuram inquirimus ciuitatem, manentem in hoc sæculo non habentes, dum in huius vitæ, ac viæ procinctu eorum calles aspicimus, qui tam aduersantis mundi sinistram, quàm blandientis dexteram contemnendo, viam regiam incedentes, seruauerunt; ipsi quoque rectorum recta sectando vestigia, non abducimur ad intorta cõpita deuiantium plurimorum, qui se sequentes illaqueant, & illaqueatos immergũt doloribus sempiternis. Postremo illud quoque Sanctorum bona commemorando consequimur, & scribendo, quòd illorum eo ipso meremur auxilijs adiuuari, quo eorum virtutibus congaudemus, & gloriæ. Dumque alios hæc legentes ad studium boni, bonorum accendimus, & monemus exemplis, ipsorum

nos, quos prouocauimus, intercessio consequitur, & a Domino, in quo laboramus, certa remuneratio comparatur.

Paschasius Diaconus, Epistola ad Eugippium Presbyterum.

Ign. 8. Diuinis charismatibus inspiratus, scis bonorum mentibus excolendis, quantum gesta Sanctorum vtilitatis impertiant, quantum feruoris attribuant, quantum puritatis infundant, de qua re Apostolicæ vocis auctoritas latius innotescens, forma, inquit, estote gregi: & Beatus Paulus Timotheo præcepit: forma esto fidelibus. Vnde idem Apostolus iustorum catalogum summa breuitate contexens, ab Abel incipiens, insignium virorũ pergit narrare virtutes. Sic, & ille fide-

lissimus

ſiſſimus Mathathias, morti glorioſiſſimę iam propinquās, filijs ſuis hęreditario iure Sanctorum exēpla diſtribuit, quorum certaminibus admirandis celeriùs excitati, animas ſuas pro legibus ſempiternis ſanctitatis ſeruore cōtemnerent. Nec paterna liberos ſefellit inſtructio: tantùm enim profuerunt memoratis facta maiorum, vt apertiſſima fide armarentur, Principes deterrerent, caſtra ſacrilega ſuperarēt, cultus araſque dęmoniacas longè, latèque diruerent, ciuicamque coronam, ſertis decoratam perennibus ſplendenti patriæ prouiderent. Vnde, & nos ornamentis ſponſę Chriſti quiddam fraterno miniſterio prouidere gaudeamus, non quo vllis, vt credo, temporibus defuerit clarior vita maiorū, ſed quòd domum magni Re-

gis

gis plurimorum vexilla tropheorum habere conueniat. Non enim vera virtus excluditur numerositate virtutũ, sed optatis successibus eatenus ampliatur.

Lotsaldus Monachus in Vita S. Odilogij, in Prologo.

Ign. 9. Antiquorum Philosophorum studia scriptis, monumẽtis extulerunt priorum suorum laudes, & memorias, talibus indicijs sperantes se facere immortales, quos nouerant fuisse mortales. Deinde gradu sæculorum regula Ecclesiastica tantùm dicendorum materia sublimior, quantò spei certioris directior, sanctorum virorum preclara describit opera; vt succedentes, & futuri habeant semper, quorum sequantur exempla, totumque

ad

ad illa referatur, à quo datur virtus, & prudentia: à quo etiam deriuatur fortitudo, atque sapientia.

S. Augustinus lib. 8. Confessionum cap. 6. narrat, occasione Vitæ S. Antonij apud Treuiros repertæ, duos istic in aula Imperatorum agentes, in rebus, relictis sponsis, vitam elegisse solitariam.

Ign. 10. Incidit, vt diceret Potitianus, nescio quando se, & tres alios contubernales suos, nimirum apud Treuiros, cum Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos; atque illic, vt fortè combinati spatiabantur, vnum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum, pariterque

terque digressos, sed illos vagabundos irruisse in quandam casam, vbi habitabant quidam serui tui, spiritu pauperes, qualium est regnum Cœlorum: & inuenisse ibi codicem, in quo scripta erat Vita Antonij. Quam legere cœpit vnus eorum, & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia seculari, seruire tibi. Erat autem ex eis, quod dicunt Agentes in rebus. Tunc subitò repletus amore sancto, & sobrio pudore, iratus sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic, queso te, omnibus istis laboribus nostris, quo ambimus, peruenire? Quid quærimus? cuius rei causa militamus? Maior ne esse poterit spes nostra in palatio, quàm vt amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque

peri-

periculis?Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quàm diù illud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus, vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fructus cordis sui, infremuit aliquando, & discreuit, decreuitque meliora; iamque tuus (ait) amico suo: Ego iã abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc, ex hora hac, in hoc loco aggredior: te si piget imitari, noli aduersari. Respondit ille adhęrere se socio tantę mercedis, tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim sumptu idoneo, relinquendi omnia sua, & sequendi te.
Tunc

Tunc Potitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos, deuenerunt in eumdem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent, quòd iàm declinasset dies. At illi narrato placito, & proposito suo, quoque modo in eis talis voluntas orta esset, atque firmata; petiuerunt ne sibi molesti essent, si adiungi recusarent. Isti autem nihilo mutati à pristinis, fleuerunt se tamen, vt dicebant, atque illis piè congratulati sunt, & commendauerunt se orationibus eorum, & trahentes cor in terra, abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor cœlo, manserunt in casam. Et ambo habebant sponsas. Quæ posteaquam hoc audierunt, dicauerunt etiam ipsæ virginitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus 56. Quæ qui-

quidem lectio vti ijs tum profuit, ita hæc repetita narratio S. Augustini animum ad meliora stimulauit. Subdit enim cap. 7. Tu autem Domine inter verba eius retorquebas me, ad me ipsum auferens me à dorso meo, vbi me posueram, dum nollem me attendere, & constituebas me ante faciem meam, vt viderem, quàm turpis essem, & quàm distortus, sordidus, & maculosus, & vlcerosus. Et videbam, & horrebam; & quò à me fugerem, non erat. Et si conabar à me auertere aspectum, narrabat ille quod narrabat. Et tu me rursus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos vt inuenirem iniquitatē meam, & odissem. Noueram eam, sed dissimulabam, & conniuebam, & obliuiscebar. Tunc verò quantò ardentius amabam

bam illos, de quibus audiebam, salubres affectus, quòd se totos tibi sanandos dederant; tanto execrabilius me comparatum eis oderam.

S. Athanasius, in Prologo Vitæ S. Antonij.

Ign. 10. Quoniam igitur exegistis à me, vt vobis scriberem de conuersatione B. Antonij, volentibus dicere, quemadmodum cœperit, quiuè fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sint ea, quæ de ipso fama dispersit, vt ad eius æmulationem, atque exemplum vos instituere possitis; magna cũ lætitia suscepi vestræ charitatis imperium. Et mihi enim ingens lucrum est, atque vtilitas hoc ipsum, quòd recordor Antonij, & vos cum

ad-

admiratione audientes, ſcio eius propoſitum cupere ſectari: perfecta eſt ſiquidem ad virtutem via, Antonium ſcire quis fuerit.

S. Athanaſius in Vita S. Antonij Magni c. 13. hæc refert verba ſancti ad ſuos Monachos.

Ign. 11. Recordamini geſtorum, quæ Sancti quinque fecerunt, vt exempli memoria animum incitet ad virtutem, refrænet à vitijs.

Auctor Vitæ S. Euthymij Magni, in Epilogo cap. 28.

Ign. 12. Cùm verò non poſſem orationis facere principium, vt qui non ſim in externa verſatus eruditione, non ceſſabam lacrymari, & vehementiſſimè rogare, & pre-

precari. Iam autem cogitabamus desistere à cœpto adeò difficili, & quod nostris erat viribus superius. Cùm itaque essem aliquando animi dubius, & perplexus, & sederem in solita cathedra, habens chartam in manu, & cogitabundus, circa secundam horam diei me somnus opprimit, & statim magnus Euthymius, & diuinus Sabas apparent, vestiti ita vt consueuerant, & mihi videbar eos audire disserentes, venerando Saba primùm incipiente sermonem, & dicente magno Euthymio: Ecce Cyrilus tuus manu quidem tenet chartam commentatoriũ; cum autem magnum adhibuerit studium, & diligentiam, nondum potuit orationi ne principium quidem imponere. Cùm autem dixisset Euthymius: Et quomodo hęc po-

potuerit facere, si non eum superna adiuuerit gratia? Diuinus Sabas, At tu ei da gratiam, Sancte Pater, respondens, inquit. Et simul Diuinus Euthymius annuenti similis, cùm manum suam in sinum inmisisset, argenteam quamdam mellis pyxidem illinc sumit, in qua cum scalpellum intinxisset, in os mihi ter immisit. Illius autem species quidem erat similis oleo, gustus verò (ò quæ illic sunt gratiæ) reuera explicari, & verbis exprimi non potest: & id quidem cum melle conferre, esset planè eam rem afficere iniuria. Nam mihi etiam expergefacto propter voluptatem, quæ narrari non potest, eius adhuc in ore remanebant reliquiæ, & sic expletus diuina hac suauitate, præsens opus sum aggressus, in alio quoque opere [illegible]a-

tus

pus Antonij, Sanctus verò & eruditissimus vir Hieronymus Pauli, & Hilarionis, vel ceterorum, quos cultus bonæ vitæ laudabiles reddebat, edidit acta. Postumianus verò, Seuerus, & Gallus Martini egregij vitam suis edidere schedulis. Sed et beatissimus quoque Gregorius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, cui etiam secreta cœli patuerunt, in l[illegible]oris, quibus titulum Dialogorum inseruit, Sanctorum agones multimodaque gesta, mellissica condidit facundia. Ionas etiam nostræ memoriæ tempore vir eloquens, vitam B. Columbani, & discipulorum eius Athalæ, Eustasij, & Bertulfi, luculentissimè edidit. Ad quorum comparationem velut viles vernaculi esse censemur. Sed memores illius Domini, & Saluatoris nostri præcepti. Peti-

te, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis; & illius Psalmographi oraculi: *Aperi os tuum & ego adimplebo illud*, quamuis temerario; non tamen subreptiuo, aut præsumptionis annisu, iussionibus vestris satisfaciens, & ea quæ de summo Præiecto Pontifice, tàm indaganti stylo, quàm relatione plurimorum reperi, aggrediar texere gesta. Vnde lectorem obsecro, si quis tamen captus amore Pontificis legere decreuerit, non quærat in his Tullianam eloquentiam, nec Oratorum facundiam, non Philosophorum flosculos, & Stoicorum diuersas assertiones, sed puritatem Sanctæ Ecclesiæ. Neque enim aquila extensis alis semper ad æthera volitat, sed crebriùs remissoribus pennis diuertit ad terras: & inter re-

gias

gloriam Domini nostri Iesu Christi.

Et in alijs actis eiusdem Sancti cap. 2.

Ign. 14. Legens verò sensim in cella certamina, & victorias illustrium Martyrum, multas fundebat lacrymas, & in secreto cordis sui conclaui obtestabatur Deum, desiderium fouens subeundi, quali Sancti perfuncti erant, certaminis ad laudem, & gloriam Dei. Hoc verò cognouimus nos, cùm fortitudinem admiraretur Sanctorum, nihil propè legere aliud voluisse, quàm quæ hanc incitati desiderij flammam alerent.

Auctor Vitæ S. Præiecti Episcopi Mart. in Prologo.

Ign. 15. Studij fuit apud veteres, & eruditissimos viros, vt eorum gesta, quos miraculis, & sanctis actibus pollere cernebant, sagaci studio, Christo auspice, sine quo nihil boni agitur, stylo promulgarent: quatenus de præcedentium meritis imitanda, vel memoriæ commendanda cognoscens ventura soboles gloriaretur. Eusebius verò Cesariensis vrbis Episcopus, vir eloquentia, & facundia pollens, maiorum exempla secutus, innumeros Martyrum descripsit agones. Quem imitatus Rosinus, vsque in Consulatu Theodosij Principis stylo elicuit. Sed, vt ad sacros veniam Anachoretas, atque Confessores. B. Athanasius Alexandrinus Episco-

gias sępe dapes etiam vilia, poma, lactucæque agrestes, optimæ quoque censentur. Orandus est igitur Deus Pater, & Saluator noster Iesus Christus, vt auram Sancti Spiritus afflare dignetur, vt caliginem cordis abradat, facultatem accomodet loquendi, ita vt pręfati Antistitis, qui semper amore Christi flagrauit, valeamus actus disserere, quatenùs exemplum illius, virtusque animi sagacis, in posteris debeat propagari: Quòd tribuat ille rerum sator æternus, opitulante oratu vestro, qui linguas infantium facit esse disertas. Amen.

ABISAG
VITÆ SANCTORVM
Selectæ Manuales, & notis moralibus illustratæ.

TOMVS I.

Pro prima die Ianuarij.

Opera & studio

R. P. Antonij Lancei

Presb. Congr. Oratorij Spoleti.

PERVSIÆ. MDCLI.
Ex Typographia Episcopali, Apud Hæredes Angeli Bartoli, & Angelum Laurentium. *Superiorum Permissu.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DIVIS.

Meditabar dedicationem libelli, quãdo insonuit in auribus vox illa antiquitate grauis, & æquitate suauis. Sancta Sanctis. *Iustum enim est, manipulos illis offerri, quorum sunt agri, vbi collecti, & botros vinearum dominis. Ad vos affero, ô Sancti ciues, cœlestes incolæ, & domestici Dei, libellos vestrarum monumenta virtutum, vestrorum gazophilacia depositorum. In his prædicata vestra præclara facinora,*

cinora, narrata bella, eximia fortitudine à vobis suscepta, non aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. In his decantatæ vestræ victoriæ de vobis ipsis etiam, qua nulla maior, insculptæ palmæ, erecta trophæa. Ne vereamini vestras audire laudes, & encomia, quia in regione estis, in qua non sibilant auræ inanis gloriæ, & iactantiæ. Non enim est, quo vanitas intret, vbi veritas totum occupat, *clamat vnus ex vobis: O si gratiam inueni in oculis vestris, munusculo meo petitionem vnam, sed*

Ephes. 6. 12.

S. Ber. ser. 5. in fest. omnium sãctorum.

non

non paruulam, vt ait Bersabea petens à Salomone, imò maximam, ego precor à vobis. Quæso ne confundatis faciem meam. Rogate Omnipotentem, vt faciat mecum potentiam in brachio suo. Illam dico potentiam, quam ille reuelauit, qui solus patrem agnoscit. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę *auferendo à me cor lapideum & obduratum, & dando mihi cor carneum & molle, vt recedat à me tam lapidea durities, & esse incipiam docibilis Dei. Reminiscimini plerosque vestrum non aliter vocatos, & adductos in sortem Sanctorum. Quis enim eras tu, ò Matthæe, nisi lapis? Lapis*

3 Reg. 2. 20.

Luc. 1. 51.

Luc. 3. 8.

erat publicanus, de quo factus est Apostolus. Quis eras tu Paule, nisi lapis? Lapis erat Saulus persequutor, de quo factus est Paulus prædicator. Quis eras tu Magdalena, nisi lapis? Lapis meretrix in ciuitate peccatrix. Quis eras tu Augustine, nisi lapis? Lapis erat Manichæus, de quo factus est doctor. Quis eras tu Abbas Moyses, nisi lapis? Lapis erat grassator, de quo factus est Anachoreta. Quid eratis? nisi lapides, Maria Aegyptiaca Pelagia; Thaisis; Maria neptis Abrahæ; Ioannes Colombine *&c. Lapides enim sunt meretrices, auari, superbi, crudeles. Et tamen de lapidibus facti estis filij Abrahæ, cuius hereditatem magnam nimis*

nunc

nunc diuiditis, absque diminutione, & æmulatione, repleti gaudio magno valde. Gaudete, & exultate cunctis repleti, in omnibus abundantes, in nullo deficientes, rectos enim decet exultatio, euntes *defleuistis* mittentes semina vestra. *Vestri iuris est, quod sequitur.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. *Gaudete igitur, ad vos clamo, quod scriptum est:* Dicite iusto quoniam benè comedet fructum adinuentionum suarum.

Psal. 125, 6.

Ibidem.

Isa. 3. 10

Verùm in tripudijs vestris pungat absque læsione, vrgeat sine impulsu memoria, & miseratio nostra. Absit, absit à vobis animę

Sanctæ Ægyptia illa crudelitas pincernæ Pharaonis, qui in pristinum gradum restitutus, statim
Gen. 39. 20. oblitus est Ioseph Sancti, qui in carcere tenebatur: Nonne enim erant vnius capitis mẽbra? nec aliqua pars fidelis cum infideli, aut vlla societas Israelitæ ad Ægyptium, non plusquam luci ad tenebras. *Vos autem etsi cœlestes, & nos terrestres sumus, tamen vnius capitis membra. Nos congaudemus vestris coro-*
1. ad Cor 12. 26. *nis*. *Nam* si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. *Cõpatimini vos nostris pres-*
Ibidem. *suris*. Si enim patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra. *Heu*, *quan-*

quanta patior ego vnum membrum totum vulneratum, totum vlceratum, totum putridum; quot æstus libidinis, quot impulsus superbiæ, quot feruores iracundiæ, quot liuores inuidiæ, quot torpores accidiæ, non Psal. 37. 4. est sanitas in carne mea, non est pax ossibus meis: *Meritò tamen hæc patior, quia peccaui in Dominum meum.* Miseremini mei, Iob. 19. 21. miseremini mei, saltem vos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum, nostis figmentum nostrum, nostis ignorantiam nostram, & dolos aduersariorum: nostis eorum impetus, & nostram fragilitatem. Vobis enim loquor, qui in eadem tenta-

tatione fuistis; qui eosdem superastis conflictus, eosdem laqueos euasistis; qui didicistis ex his quæ passi estis, compassionem. *Miseremini, dico, ossi de ossibus vestris, & carni de carne vestra. Accedite, intrate ad Regem, & deprecamini pro paupere Mardochæo, quem impugnat diabolicus Amàn, & traditus est, vt conteratur, iuguletur, & pereat. Ne putetis, quòd animas vestras tantùm liberetis, qui in domo Regis estis pro cunctis fidelibus. Imò quis nouit, vtrū idcirco ad regnū veneritis?*

Psal 132. n. 3. Vnguentū in capite, quod descēdit in barbam, barbā Aaron *fluere debet etiam* in oram vestimenti eius. *Ros Hermon descendere quoq. debet*

bet in mõtem Sion.*Non soli barbę Aaron tanta data vnguenti copia, non soli Hermon tanta roris abundantia. Non vobis solis, Sancti Dei, datus aditus ad Regem, vt beati sitis stantes coram eo, & audientes sapientiam eius; Sed vt deprecemini etiam pro nobis, auertẽtes iram furoris eius, & facientes placabilem, & propitium, ascendentes in montem testamenti, non solùm vt habitetis in altissimis, sed vt manibus etiam expansis, & indefessis (non enim graues sunt manus vestræ, vt sustentari indigeant ab Aaron, & Hur) victoriam impetretis populo in inferioribus pugnanti cum Amalech. Pro salute nostra*

3 Reg. 10. 8.

Exod. 17. 12.

✝ 6 *mi-*

Gen. 45. 5. *misit vos Dominus ante nos in regionem istam opulentam. Ergo Onias, & Ieremias multum deprecabantur pro populo suo. Et vos Sancti noui testamenti, atque adeo perfectioris charitatis, non deprecabimini pro populo vestro? Absit, Absit. Vtinam nos digni efficiamur precibus vestris.*

Lapis conuertendus in filium Abrahę Antonius peccator.

Ve-

Venerabilibus Patribus Congregationis Oratorij Almæ Vrbis.

SANTCA SANCTIS, admonet Bernardus, quòd Sanctorũ quidam adhuc in terra, aliqui in Cœlo; Propterea si iure dicandum hoc opus Sanctis; reliquum erat, vt eo transmissò per oblationem, & votum Sanctis in Cœlo degentibus, mitterem etiam ad Sanctos adhuc in terra conuersantes. Verùm, quos ego prudens, adiu-

adiudicare potero Sanctos adbuc in terris morantes, quibus hoc munus deberem, niſi vos, quorum Sanctitatis teſtimonia, non relata, non audita, ſed diù per me metipſum viſa, perſpecta, contemplata, examinata, comprobata à me ſunt, vt vos ipſi ſcitis, qui præbuiſtis (vtinam profeciſſem incaleſcibilis Salamandra) quę in medio ignis charitatis veſtræ non ſatis æſtuata, & peſſimo miraculo (vt hoc nomine abutar) in camino, cuius ignis non in Babylone, ſed in Sion, integer deteſtabili integritate permanſi. Vos ergo gloria Sancti Patris Philippi, vt potè eius filij ſapientes, ſuſcipite munuſculum hoc, non à filio, ſed mercenario

cenario domus vestræ vobis ex hibitum, etsi propter me contemptibile, quatenus ego imperitus ipsi manus admoui, ex se tamen pretiabile propter gloriam, quam habet ad intus, nam acta Sanctorum refert, quibus nil pretiosius. Gratius etiam habebitis, memores moniti Patris, qui hoc studium legendi vitas Sanctorum vehementer præ cæteris commendabat, & ipse quotidie operam dabat, vt aliqua ei lectio recitaretur ex vitis Sanctorum à Lippomanno conscriptis, ad cuius auditum liquefiebat anima eius per riuulos lacrymarum. Quinimo adeo tenax fuit exercitationis huius, vt ipsa die, qua è vita stadio erat egres-

l.2.c.3.§.10.

l.4.c.3. n. 2. *egressurus , nequaquam omiserit , bis volens audire Sancti Bernardini Senensis gesta . Tenete igitur, nec dimittite hoc studium , Patris inhærentes vestigijs , & vobis proficientibus (proficietis enim, & magno profectu, licet valdè progressi, ad maiora prouocati Sanctorum exemplis, ad quæ contemplanda vos reuoco oblato munere, & allicio manualibus libellis) ego quoque proficiam . Nam ex vestro profectu mihi fœnus augetur, cum animabus vestris conglutinata sit anima mea . Scio quod vestram Ruth (mysterium nominis vos non latet) eius miserti paupertatis, adhuc permittitis accedere ad sarcinulas*

ue-

vestras, ad bibēdam aquam Ruth. 2.
sapientiæ salutaris, de qua 9.
vos bibitis, & vobiscum intingere buccellam suam, quam etiam ei tribuitis, nescientes ut viri charitatis vestram buccellam comedere soli. Seruate quæso gratiam absenti, quam præbuistis præsenti. Ad vos etiam Sanctos de terra clamo: Misere- Iob 19.21
mini mei, Miseremini mei saltem vos amici mei. Flectite genua ante Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis, à quo omne datum optimũ, & om- Iacobi 1. 17.
ne donum supernum, *ne in vacuum gratiam eius susceperim. Puto enim vobiscum me suscepisse, non enim potest non ditescere Laban cum* Gen. 29. 15.
Iacob, non induere spiritum

pre-

propheticum Saul cum filijs prophetarum; & orate, ut secundùm exemplar, quod vidi in monte Sanctissimæ conuersationis vestræ, facere valeam reliqua vitæ periodo, quem non Noeticum, nec Mathusalematicum suspicari potestis, ex infirma valetudine, quæ à vobis me retraxit, quam separationem vos ægrè patientes testor nõ

Gen. 29. 31. *pepercisse precibus Laban, & Rachel ad Rebeccam detinendam, quid dico? importunioribus comparabo Bethlehemitæ ad detinendum*

Iud. 19. 3. *generum Leuitam; & iubente necessitate, vel Dei voluntate aliò me adducente, non parum vos deplorasse non ignoro. Tamen quemadmodum scriptum est de*

epa-

separatione Dauid, & Ionathæ fleuerunt pariter. Dauid autem amplius. *Is enim amplius flet, cuius erit iactura, quæ proculdubio mea fuit, & est, non vestra. Vna mihi superest consolatio non exigua, quod corpore non spiritu sum à vobis diuisus; spiritus enim meus vobiscum est, si Augustino credendum, qui vult animã magis esse, vbi amat, quàm vbi habitat. Sum, sum vobiscum, sæpè vos audio, vos video, audio vestra suspiria, vestros ad cœlum clamores, video vestras prosternationes, manus ad Deũ expansas, plura audio, maiora video, sed scio vestræ moderationi, & humilitati non gratum audire. Quàm*

1 Reg. 20.41.

sapè

ſæpè vobis occurro; & occurritis mihi? Vnum reuereor, alium admiror; omnes amplector, atque oſculor. Det nobis, qui facere potens eſt, vt anima, & corpore vniamur in domo illa, in qua, quod ſemel eſt vnum, amplius diuidi nequit. Interim in Chriſto viuamus, qui facit vtraque vnum; commo-
Cant. 2. 17. *remur* in *eius* cauerna maceriæ, in foraminibus petræ, *ſacratiſſimis inquam vulneribus eius, in quibus ab vxore licet longinqua, dicebat B. Comes Eleazarus, ſe poſſe conueniri.*

Obſequentiſſimus famulus, & in Domino filius,

Antonius Lanceus.

PRAE-

PRAEFATIO

PRæfatus à me Beniamin, qui rationes reddit operum, quæ prælo apparo, & plurima, & maxima saltem mole, si non virtute, testari poterit mihi satis otij non esse, ad dissipandos sermones in limine huius libri, & prolegomena illa construenda, quæ iuxta consuetudinem recentiorum tertiam partem, absque mendacio, voluminis occupant. Imò vna ex potioribus vtilitatibus de tali edito opusculo duco, tanto onere absolutum, impedimentóque liberatum, vnica so-

lutione

lutione omni debito deleto, in posterum me fore expeditum. Cur igitur toties impressas vitas Sanctorum iterum typis depromere cogitauerim? quicquid referat esse selectas manuales, & notis moralibus illustratas, quid demptum, quid additum, quid in ipsis immutatum, hac noua editione, satis ibi dignoscitur, idest in Beniamino, vbi inter cætera huius operis suscepti causas assigno, & appositos titulos explico.

Posset amplius hic desiderari aliqua dissertatio de Scriptoribus vitarum Sanctorum, & quasi apparatus historicus ad eas, sed tam perfecte functi sunt

hoc

hoc munere eruditissimi PP. Rosueida, & Bolandus, ille in prolegomenis ad vitas Patrum, hic ad suos tomos de vitis S. Ianuarij, vt quid addam non habeam, rescribere quod ipsi dixerunt non placuit, eò magis quòd mea Minerua in morali palæstra se hic exercet, non autem in historica: De vtilitate in legendis Sanctorum vitis ad differendum æquiori iure reuocarer, verùm abunde satisfeci in apparatu morali, quem præmisi.

Duas tamen adhuc à me exigere posse rationes lectorem meum, non inficior, vnam de mystico titulo Abisag, cuius nullam

facio

facio mentionem in Beniamino, alteram, cur inter tot opera, quæ ad lucem proferre meditor, hoc primò absoluerim? Vt primam persoluam, quoad ad titulum Abisag, in medium reuocare cogor quod sacra refert historia

3.Reg. c. 1.2.3.4. [*Et Rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: Quæramus Domino nostro Regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat Dominum nostrũ Regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt*

runt Abisag Sunamitidem; & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & ministrabat ei] Vtinam me explicare sufficiam, licet in re sua quilibet satis eloquens. Maximo caloris defectu non corpore, sed spiritu diu laboranti hoc mistycè contingit, quod cum operirer vestibus, non calefierem. Vestes animi appello, quæ ad animum approximant. Byssina quidem vestis, sacræ studium scripturæ, pretiosa etiam lectio librorum, quos S. Doctores conscripsere. At frigidissima anima mea, cum operiretur vestibus, non calefiebat. In sacra-

rum ſtudio ſcripturarum tot ſunt quæſtiones enodandæ, litterę decorticandæ, ſenſus enucleandi, difficultates dirimendæ; nimis frequens recurſus ad commentaria, gloſas, & poſtillas; totque curis implicitus animus, tot laboribus defatigatus, tot circumuagationibus ſeductus, parum poteſt guſtare deuotionis, quæ otioſa eſt, pacata, & tranquilla. Nec diſſimilis ratio in peruoluendis eccleſiaſticis hiſtorijs, in quibus non minor labor, in antiquorum notitijs, in temporũ cognitionibus, & ſimilibus. Sanctorum Patrum lectio plus habet adipis, ſed ibi etiam tot dogmata.

mata, Apologiæ, disputationes, & similia, in quibus magis pascitur intellectus, quàm voluntas, plus informatur fides, quà deuotio. Ex quo author vitæ S. Fulgentij asserit, impelli ad scribendam Diui vitam tot extantibus eius scriptis [*Verumtamen in illis præclaris opusculis ingenium viri, sapientiamque posse cognosci, tacitus considerabam. Cuius autem iustitiæ, probitatis, & misericordiæ fuerit, & quomodo laudabiliter vitã suam, quod tu benè nosti, cum familiaribus suis transegerit; sicut docuit viuens, scire plerosque non dubitabam, latere tamen plurimos sentiebam*] Vna vna Abisag Suna-

In vita S. Fulgẽtij.

namitis dormiens in sinu Regis calefaciebat eũ. Vna vna lectio, idest vitarum Sanctorum, accendit animam meam. In ea tantùm versans eructat cor meum Dauidicum illud, *In loco Pascuæ ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit*. Nec tantùm mihi hoc contingere, sed omnibus, historiarum fides piorumque amicorum fidele testimonium certum me fecerunt. His ergo adductus, hunc titulum præfigere volui Sãctorum vitis, quo nullus speciosior, quo nullus amabilior. Pie lector, si mecum alges, nec vestibus potes frigus arcere à

Psal. 22. 2. 3.

corde

corde tuo, stet ista Sunamitis coram te, & te foueat, dormiatque in sinu tuo; manuales enim istos libellos percommodè semper in manu, & ante oculos potes habere. Verè enim regnum paratur, cui Abisag desponsatur. Et de titulo satis. Puto assignata ratione ambobus me satisfecisse quæsitis, & duas propositas euacuasse questiones. Nam si studiorum optimū hoc sum expertus, iuxta Apost. consilium; *Omnia probate, quod bonum est, tenete*, vel secundum Euangelium, exemplum boni mercatoris, *qui inuenta vna pretiosa margarita, vēdidit omnia sua, & comparauit eam*, nonne

3. Reg. 2. 22.

1. Thess. 5. 21.

Matt. 13. 46.

ne debebam ceteris prę-
ferre, & prius omnibus in
hoc laborare, in quarum
Psal. 62. 6. lectione *sicut adipe, &*
pinguedine repletur anima
mea. Fas sit mihi dicere,
alia opera alijs scribere,
hoc mihi. *At laborantem*
2. ad Tim. 2. 6. *agricolam oportet prius de*
fructibus percipere. His igi-
tur insistere debebam quę
mihi vtiliora, mihi iucun-
diora. Esto per diuersas
prouincias quęsitę sint Af-
suero puellę virgines, ac
speciosę, tamen pro vna
Esth. 2. 9. tantum Esther, quę prę
cęteris gratiam inuenit in
oculis eius, mandatum
est Eunucho, vt accelera-
ret mundum muliebrem.
Ne mireris ergo (amice
lector) cur hoc opus edere
ac-

accelerauerim, orationes audisti. De reliquo vale, quia nolo te amplius extra fores remorari. Festina, propera ad lectionem! Si vis experiri illud Paulinum, *Conuersatio nostra in Cœlis est.* Philip. 3. 20.

VITA S. GREGORII EPISC. NAZIANZENI

Eius gesta fusissime narrat Gregorius Theologus filius oratione in eius funere habita præsente B. Basilio, quam hic damus.

Oratio

S. Gregorij Theologi in laudem Patris sui Gregorij.

Iacobo Billio Interprete.

1 HOmo Dei, & fidelis serue, & mysteriorum Dei dispensator, & vir spiritualium desideriorum: hoc enim nomine sublimes, & excelsos viros, & supra ea, quæ oculis cernuntur, positos, Scriptura vocat. Quin te quoque Pharaonis, hoc est omnis Ægyptiacæ, atque aduersariæ potestatis Deum appello, Ecclesiæque columnam, & fundamentum, & Domini voluptatem, & luminare in mundo verbum vitæ sustinens, & fidei fulcimentum, spiritusque do- *S. Basilij honorifica cõpellatio.*

 mici-

micilium. Et quid nomina ea omnia, quæ tibi tua virtus peperit, alia aliud tibi concilians atque offerens, recensere pergo? Ceterùm dic quæso. Vnde te habemus, quænam est opera tua, quidque nobis allaturus huc accedis? Quandoquidem omnibus in rebus te Deo adiutore Deique afflatu impulsuque, atque ad eorum, qui te excipiunt, vtilitatem moueri compertum habeo. An vt nos visas, huc te contulisti? an vt pastorem quæras? an vt gregem visites? nos quidem iam nullos, maximaque nostri parte simul cum eo vita perfunctos, atque hunc afflictionis locum grauissimè ferentes, hoc præsertim tempore, quo peritum gubernatorem vitæque nostræ facem, quam nobis salutis ignem è sublimi ostentantem intuentes recto cursu ferebamur, amisimus: illum autem cum omni virtute pastoralique disciplina, quam diuturno tempore collegerat, à nobis morte abreptum, plenum dierum, ac prudentia, & (vt Salomonis verbis vtar) gloriæ senectute coronatum: gregem denique anxium, & abiectum, summoque, vt vides, mœrore tristitiaque profligatum, non iam in virenti loco requiescentem, nec refectionis aqua enutritum, sed præcipitia & solitudines & bara-

Causa ob quas ad id funus venerit Basilius.

Per Greg. Fil.

Prouerb. 16. v. 31.

& barathra, in quæ dispergatur ac pereat, quærentem, num alium quoque posthac solertem ac prudentem pastorem consecuturus sit, dubitantem; illud quidem certissimè sibi persuadentem, numquam se alium ei virtute parem habiturum, beneque secum agi putaturum, si non multò inferiorem.

2 Porrò cùm tria hæc, vt dixi, tibi huc veniendi necessitatem pæræquè attulerint, nos scilicet, & grex, & pastor; age pro eo curationis spiritu, quo præditus es, congruentem cuique medicinam adhibe, ac sermonem cum iudicio dispensa, quò tuam sapientiam magis admiremur. Quonam autem modo dispensabis? *a* Primùm si illum, vt virtus ipsius promeretur, laudaueris, non solùm vt puro puram orationem instar funebris cuiusdam muneris inferas; sed etiam vt vitam illius vitæque rationem alijs velut exemplar quoddam ad imitandum proponas. *b* Deinde si de vita & morte, de animæ corporisque coniunctione ac separatione, de duobus mundis, hoc nimirum præsenti ac fluxo & fragili, & eo qui animo ac ratione intelligitur, nec vnquàm effluit, breuem ad nos orationem habueris; nobisque persuaseris, vt illius quidem imposturas ac perturbationem

a *Inuitat Basilium Gregorius vt defunctũ laudet, & superstites consoletur.*

b

nem & inconstantiam, ac velut in vndis sursum deorsumque iactationem aspernemur; huic antem firmo & stabili, & diuino, semperque eodem modo se habenti, atque omnis turbulentiæ & confusionis experti
c totos nos addicamus: *c* sic enim fore, vt eorum qui ante nos è vita discesserint,, interitu minùs discruciemur, imò etiam lætemur: si nos oratione tua hinc abductos in altum subuexeris, præsentemque molestiam in futuro æuo abdideris, fidemque feceris nos quoque ipsos ad bonum Dominum concitato cursu properare, atque habitationem peregrinatione meliorem, & præstantiorem
d esse: *d* quodque nauigantibus est portus, hoc ijs qui huius vitæ procellis agitantur, migrationem in alteram vitam esse: aut etiam quemadmodum qui longum iter priores confecerunt, meliore sunt conditione, quàm qui itineris laboribus adhuc fatigantur; ita tolerabiliorem & meliorem eorum conditionem esse, qui ad supernum illud hospitium iam peruenerunt, quàm qui sinuosum adhuc præruptumque huius vitæ iter emetiuntur. Ac nos ad hunc modum consolaberis.

a *Sancti viri in morte oratione funebri laudandi cum vt eorum virtus laudis pr.mio*

premio remuneretur, tum vt eorum vita ratio velut exemplar alijs imitandum proponatur, ideoque hortatur Sapiens Eccles. 44. | Laudemus viros gloriosos parentes nostros in generatione sua, *& v.*15. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem ipsorum nuntiet Ecclesia.

b *Huiusce vitæ bonis, quæ fluxa sunt, & inconstantia animus inhærere non debet, sed futura inhiare, cuius bona firma* | *quod monuit Saluator Matth.* 6. 19. *&* 20. Nolite thesaurizare vobis thesauros vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in Cœlo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.

c *In morte etiam carorum non nimis dolendum, imò potius gaudendum. Rectè igitur Leu.* 19. 28. *Super mortuo non incidetis carnes vestras* —

d *Mors vita optabilior* | *vnde Ecc.*7.2. Melior dies mortis die natiuitatis.

3 Iam verò gregis mœrorem qua ratione minues? Primùm si te, sub cuius pennis conquiescere omnibus honestum est & expetendum, cuiusque vocem ardentiùs sitimus, quàm purissimos fontes qui siti correpti sunt, Antistitem illi ducemque non defuturum pollicearis. *a* Deinde si a

nos eò adduxeris, vt ne nunc quidem nos à Pastore illo bono, animamque suam pro ouibus ponente relictos esse confidamus: quin potiùs eum & adesse, & pascere, & viam præire, & oues suas cognoscere, vicissimque à suis cognosci, non illum quidem corpore, sed spiritu nobiscum versantem, ac pro gregis salute aduersus lupos bellum gerentem, nec quemquam latronum more caulam transilire, atque animas veritatis doctrina rectè institutas peregrina voce distrahere, furtimque intercipere sinentem.

b *Pro suis orat S. Gregorius iam defunctus.* *b* Nec dubito quin hoc nunc quoque magis postulatione sua faciat, quàm priùs doctrina: quippe qui excussis corporeis compedibus, ac fæce illa mentis puritatem turbante liberatus, propriùs iam Deo iungitur, ac nudus primam illam purissimamque mentem nudam alloquitur, Angelorumque classe ac libertate (si tam audacter loqui fas est) donatur. Sed hæc pro tua dicendi facultate spiritusque potentia rectius per te ipse, quàm tibi submonstrare possim, philosophaberis atque constitues.

a *Sanctis cura est in Cœlis, quorum fuit in terris.* | *Quid mirum igitur si Macabæus in somnio vidit Oniam, & Ieremiam manus protendentes, & orantes*

2. Macab. 15. v. 12 & 13.

tes pro omni populo.

b *Consolemur in morte viri sancti, quia magis oratione nos adiuuabit in Cælis, quam conuersatione faceret in terris.*] *Confirmant superiora.*

4 Ceterùm ne virtutũ illius ignoratione fiat, vt longè infra rei dignitatem oratio tua subsistat, paucas quasdam laudes ex ijs, quas in eo perspexi, leuiter adumbrabo, primisque lineis informabo, ac deinde tibi eximio harum rerum pictori opus in manus tradam, vt virtutis illius pulchritudinem accuratiùs expolias, eamque tradas memoriæ hominum sempiternæ. Ille igitur, vt patriam, genus, corporis dotes, externum splendorem, ceteraque quibus gloriari mortales solent, ad encomiorum leges remittam, atque ab his quæ nobis prima sunt maximeque propria, initium dicendi faciam, radicis nequaquam egregiæ, nec ad pietatem commodè natæ, nec in domo Dei plantatæ surculus extitit, (priora enim postremorum fiducia non erubesco) quin potiùs admodum præposteræ ac portentosæ, ex duabus rebus valdè contrarijs, nimirum Gentili errore atque legali vanitate conflatæ: quarum ambarum partes quasdam fugiens, ex quibusdam rursus partibus constituta, & *Hypsistariorum secta, media inter gentiles & Iudæos.*

coagmentata est. Nam qui in ea sunt hæresi, ex Gentilium quidem religione simulachra, & sacrificia ita reijciunt, vt ignis interim, & lucernarum cultum retineant; ex Iudaismo autem ita Sabbatum colunt, certisque cibis sordidè abstinent, vt tamen Circumcisionem repudient. Atque humiles, & abiecti homines Hypsistariorum nomen sibi arrogant, solumque Omnipotentem venerantur. Hoc ille modo cum ad impietatem biformis quispiam esset, in quem tandem virum mutatur? Equidem statuere non possum, gratiamne illam à qua vocatus est, an illius animum ac voluntatem magis laudare debeam. Vtcumque sit, vsque adeò ab ea lippitudine, quæ mentis ipsius oculis inhærebat, repurgatus est, tantaque celeritate ad Christianæ doctrinæ veritatem accurrit, vt quòd superni Patris veræque hereditatis causa, & matre, & bonis aliquantisper carere sustinuerit; æquiorique animo hanc ignominiam, quàm summos alij honores, tulerit, minùs ipse mirer, licet alioqui admiratione in primis dignum. Quid ita? Quoniam hæc gloria illi cum multis alijs communis est, omnesque magna illa Dei sagena includi, ac Piscatorum doctrina irretiri oportet: tametsi alij citius

In had secta vixit aliquandiu S. Gregorius.

Ad Christum conuertitur.

Bonorum iacturam sustinet.

citiùs, alij seriùs ab Euangelio comprehendantur.

5 Quod autem mihi ex ipsius rebus potissimum admirari lubit, hoc necessariò dicendum est. Ille antè etiam quam ad nostram caulam se contulisset, noster erat. Morum quippe probitas eum nobis vendicabat. Nam quemadmodum ex nostris plerique nobiscum non sunt, quos scilicet à communi corpore flagitiosa vitæ ratio separat; sic contra permulti exterorum à nobis stant, quicumque nimirum fidem moribus anteuertunt, ac solo Christiani nomine carent, cùm rem ipsam habeant. Quo in numero meus quoque pater erat, ramus quidem ille alienus, ceterùm morum honestate ad nos propendens. Ac temperantiæ quidem laude adeò excelluit, vt idem simul, & amabilissimus, & moderatissimus esset: quæ duo haud facilè concurrere solent. *a* Iustitiæ autem illius quod maius illustriusque argumentum afferri potest, quam quod in magnis Reipub. muneribus administrationibusque versatus, nè teruncio quidem facultates suas auxerit: idque cùm alios cerneret publicis bonis Briarei manus, vt dici solet, inijcientes, ac scelerato quæstu turgescentes? Sic enim opes iniustis artibus

Etiam antea vita inculpata.

Eximiam publicis muneribus, temperantiæ & iustitiæ.

a

collectas voco.

a *Respublica munera administrantes ab auaritia retrahūtur, à semita iustitia. hoc visum fuit in filijs Samuel de quibus* 1 *Reg* 8. 3. | Et non ambulauerunt filij eius, idest Samuel, in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

6 Prudentiæ porrò quamquàm hæc non exigua indicia sint, plura tamen oratio longiùs progressa de-
a clarabit. *a* Pro his rebus fidem quoque, ni fallor, præmij loco retulit. Id verò quonam pacto contigerit (neque enim res tanta silentio prætereunda est) perspicuum facie-
b mus. Mulierem fortem quis inue-
Prouerb. 31. v. 10. & c. 19 v. 14. nieti? inquit sacra Scriptura, *b* itemque bonum matrimonium non aliter quam Dei munere ac beneficio concinnari testatur. Qua in senten-
Hesiodus. tia prophani quoque Scriptores fuerunt. Illorum siquidem hoc dictum est, Nullam bona vxore meliorem possessionem viro obuenire posse, nec rursus perniciosiorem improba. Quod si ita est, ecquis hoc nomine fortunatior eo nominari potest? Sic
Præclaram vxorem ducit. enim existimo, si quis ab extremis orbis finibus, atque ex vniuerso hominum genere præstantissimum coniugium conciliare studuisset, nul-

lum

lum vsquam coniugium isto præstantius aptiusque reperiri potuisse. Sic enim virorum ac mulierum optima, & præclarissima quæque in vnum confluxerant; vt hoc matrimonium non minùs virtutis quàm corporum nexus esset. Nam cùm alios vincerent, se tamen ipsi mutuò propter virtutis æqualitatem, & æquilibrium vincere non valebant. Et quidem illa quæ Adamo adiutrix data fuerat Gen. 2. (nec enim hominem solum esse, bonum erat) pro socia hostem se præbuit, pro coniuge aduersariam: vt quæ voluptatis illecebra maritum in fraudem induxerit, ac per scientiæ lignum, vitæ ligno exturbauerit. Huic contra mulier Dei beneficio concessa non modo adiutrix, minus enim id laudis, & admirationis haberet, sed & dux, & antesignana fuit; nimirum eum vita, & sermone ad optima quæque suo exemplo ducens.

a *Ethnico rectè viuenti secundum naturæ lumen, Deus fidei donum elargitur loco præmij.*

b *Bona vxor Dei beneficium* [*Dixit Sapiens prou.* 19. 14. à Domino autem propriè vxor bona. *Obsequentissima*

7 Quæ cùm ceteris in rebus, sicut matrimonij leges ferebant, viro suo parere optimum esse iudicaret; fidei tamen pietatisque se magistram pro- *vxor pietatis magistram ei se præbet.*

a fiteri non verebatur. *a* Quod illius factum cùm mirifica laude dignum sit, tum verò admirabilior mariti

b laus est, qui lubenter cesserit. *b* Illa enim est, quæ cùm aliæ mulieres ob formæ elegantiam tam natiuam, quàm fictam ascititiamque gloriari atque efferri animis soleant, ipsa contra hanc vnam, quæ in anima diuinaque imagine siue tuenda, siue pro viribus repurganda posita est, pulchritudinem agnoscebat: pictum autem, & arte quæsitum ornatum ad eas, quæ theatris delectantur, ablegabat.

Pulchritudo animæ præferenda corporeæ.

c *c* Vnam item veram nobilitatem in pietate sitam esse censebat, atque in eo, vt vnde ortum habuimus, & quò tandem peruenturi

Vera nobilitas.

d simus, intelligamus. *d* Vnas insuper has tutas atque inuiolabiles opes ducebat, nimirum Deo, & pauperibus

Opes tutæ.

e opes effundere, ac *e* præsertim consanguineis, qui facultatibus suis lapsi

f essent *f* Nam his necessaria tantùm impertiri eiusmodi esse existimabat, vt calamitatis potiùs memoriam refricare quàm eam depellere videretur: at proliх'ore eosdem benignitate ac liberalitate complecti, id certi honoris plenissimique solatij esse.

Consanguinei pauperes potissimùm iuuandi.

a *A minoribus discere non dedignandum* | *hinc Moyses summus ille vir à Deo tantū solitus erudiri Iethro monita libenti*

libenti animo accepit. Exod. 18. 17.

b *Vera pulchritudo animæ, & non corporis, & huic mulieres studere debent* | *Docuit Sapiens rationem etiam assignãs.* Fallax est gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Dominum ipsa laudabitur.

c *Vera nobilitas in moribus, & pietate.*

d *Diuitiæ tutæ sunt, & inuiolabiles, dum in pauperes eroganiur* | *hoc respiciebat Dei sapientia, dum monebat. Luc.* 16. 9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

e *Eleemosina primum ad proximiores elargienda* | *iuxta monitum Apost. Galat.* 6. 10. Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei: *Quò etiam Eccles.* 12. 1. *dicens* [*Si benefeceris scito cui feceris*] *quia ordinem in charitate regnare, explicauit amica Cantic.* 1. Ordinauit in me charitatem.

f *Item largitur impertienda non sordidè in obulis.* | *Quod voluit Eccles.* 35. *v.* 12. 13. Da altissimo secundum datum eius. *& c.* 11. *v.* 2. Da partem septem, necnon & octo.

8 *a* Iam cùm aliæ amplificandæ domus, aliæ pietatis gloria excellant (vtrumque enim assequi difficile est *Mater Gregorij Nazian-*

zeni simul est) vtroque nomine mulieres omnes superauit: tum quòd vtrumque horum excellentissimè præstiterit; tum quòd sola duo ista complexa fuerit. Rem enim familiarem industria, & solertia iuxta leges mulieri forti à Salomone præscriptas ita auxit, quasi pietatem colere nesciret: Deo rursus diuinisque rebus ita sese totam adiunxit, tanquàm a rerum domesticarum procuratione plurimùm abesset: neque ab alterutro horum quidquam impedita est, quò minùs alterum impleret; quin potiùs vtrumque alterius ope fulciuit, & confirmauit. Ecquod orationis tempus, ecquis locus eam fefellit? *b* (nihil enim toto die erat, quod priùs ageret) imò verò ecquæ vnquam tam certam spem habuit, fore, vt simul atque precibus aliquid petisset, statim quod peteret, consequeretur? Ecquæ manum vultumque Sacerdotum æquè verita est, aut omne Christianæ sapientiæ genus honorauit? Ecquæ ieiunijs vigilijsque carnem suam magis extenuauit, aut diurnæ nocturnæque Psalmorum cautione seipsam affixit? *c* Ecquæ virginitatem magis suspexit, quamuis connubij vinculis astringi sustinens? Ecquę orphanis ac viduis maiori præsidio fuit? Ecquæ lugentium calamitates

pia, simul fami' iæ curã gerens.

Prou. 31.

b

Sacerdotes honorans.

Ieiunio & vigilijs dedita.

c

ita

ita subleuauit?

a *Mulieris coniugata minus est tum pietatis, tum familia cura vacare, nec studio debet vnius amore, alteri nō satisfacere.* | *Audi quomodo mulier fortis, quam Salomon laudauit in vtroque excelluit Prou. 31. 19.* Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. *in primo, idest in fortibus agnosce pietatis exercitium, in secundo tam infirmo, nempe in fusi apprehensione rei familiaris curam respice.*

b *Oratio curis domesticis pramittenda* | *Docuit magister Quarite primo regnum Dei.*

c *Virginitatem suspicere debēt etiam nupta saltem affectu.*

9 Atque hæc insuper, quæ quam quam parua, nonnullis etiam fortasse contemnenda videntur, quod quibuslibet non facile pateant *a* (fit enim ferè, vt quod assequi non possumus, ne credibile quidem, quo animi liuore sumus, existimemus) *b* à me tamen permagni fiunt: quoniam à fide, & spirituali quodam ardore promanabant. *c* Quo in genere illud est, quod in conuentibus locisque sacris numquam illius vox audita fit: necessarias tantùm illas, & mysticas excipio. Quòd si olim amplum & gloriosum altari erat, quòd super ipsum nec securis ascendisset, nec visa

Per Greg. Fil.

a

b

c

aut

Deut. 27. aut audita esset ascia, (quo nimirum *In templis* sublimius quiddã significabatur, nẽ- *præter pre* pe natiuum & simplex esse debere *ces nil lo-* arteque carere , quidquid Deo con- *quitur.* secratur) cur non illi quoque ad laudem præclarum sit, quòd silentij honore Sancta coluerit, quod venerandæ Mensæ numquam terga verterit, nec diuinum solum consputando inquinauerit; d hæc mulier alioqui facillima & suauissima, Gentilium vmquam manibus dextram iniecerit, labiisque labia miscuerit, necnon dicam adduci, sed ne impelli quidem adigique potuerit, vt cum his qui mensæ impuræ ac profanæ erant, communem salem haberet, nec præter conscientiæ præscriptum nefariam domum præterire aut intueri sustinuerit, e nec autem & linguam res diuinas partim accipientem partim pronuntiantem Ethnicis narrationibus, theatricisque cantilenis conspurcari siuerit (nihil enim profani sacrosanctis hominibus conuenire putabat) f nec, quod maiori admirationi esse debet, corporis luctui tantùm vmquã indulserit, licet alioqui vel etiam externorum calamitatibus grauissimè commoueretur, vt vel luctuosa vox prior erumperet, quàm gratiarum actio, vel ex palpebris mysticè consignault lacrymæ fluerent

Margin notes: d; *Altari reuerentiam exhibet.*; e; *Cum ethnicis non conuersatur.*; f; *In aduersis gratias agit Deo.*

fluerent, vel tristis corporis habitus luculento die permaneret: tametsi multæ sæpenumerò rerum acerbitates illi acciderint. Piæ enim ac religiosæ animæ esse censebat, diuinis rebus humana omnia submittere.

a *Ex animi liuore quæ assequi non valemus de alijs credere nolumus | hinc credere nolebant Pharisei cæcum natum à Christo fuisse illuminatum. Ioan 19.*

b *In spirituali palestra etiam minima, quæ à charitatis feruore prodeant magnifacienda | ex hoc tanti ponderis apud Saluatorem æra minuta duo in gazophilacium à vidua paupercula missa, vnde ait diuitibus Luc. 21. 2.* Vere dico vobis, quia vidua hac pauper, plus quam omnes misit.

c *Silentium extra preces in templo custodiendum præsertim à garrulo fœmineo sexu. Quia scriptum est* domus mea domus orationis vocabitur. *Lu. 19. 45*

d *Cum infidelibus non conuersandum, nec conuiuendum | hoc velate monuit Eccles. 13. 22.* Quę communicatio sancto homini ad canem? *& aperte docuit Apost. 2. Cor. 6. 14.* Nolite iugum ducere cum infidelibus.

e *Abstinendum à sermonibus, & cantionibus prophanis | Obseruabat procul dubio, qui aiebat Psal. 70. 11.* In te cantatio mea semper.

f *Nostra voluntas Diuinæ conformanda*

da in aduersis, nec inde animus pertur-bandus | *Idem Psaltes optime exeque-batur: audi dicentem psal.* 118. Tribulatio, & angustia inuenerunt me ; lex tua meditatio mea est. *Atne excidat vir ille de terra Hus Iob* 1.22 *qui tot obrutus aduersis clamabat* Dominus dedit: Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum.

10 Atque his obscuriora taceo, quorum testis est Deus, ac fideles ancillæ, quibus res eiusmodi concredebat. Nam illud quod ad me pertinet, ne commemoratione quidem fortasse dignum est, vtpote qui ipsius spei nequaquàm satis responderim. *a* Quamquàm fuit illustre illud eius facinus, quód nos priùs etiam quàm nasceremur Deo, nihil futuri euentus metu exterrita, promisit, vitæque lucem ingressos protinus consecrauit. Dei autem beneficium fuit, quód voti sui spe non omnino ceciderit, nec victima, quam obtulerat, repudiata fuerit. *b* Atque hæ virtutes partim iam ipsi inerant, partim imminebant, ex quis paulatim incrementis augescentes. Et quemadmodùm Sol matutinos quidem radios suauissimè diffundit, sub meridiem tamen acriùs iucundiusque irradiat; haud secus illa cùm in vitæ primordijs multa pietatis

Filiū Deo promittit nondum natum.

a

b

pietatis officia fubobfcurè oftendiſſet, ſplendidiùs ad extremum vberiuſque fulſit.

a *Filij à parentibus Deo offerendi*] *ita Samuel Deo oblatus* 1. *Reg.* 1. 24.

b *In vita ſpirituali, & virtutis ſtudio ſemper progrediendum.*] *Ideoque beatus, qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* *Pſal.* 83. 6.

11 Tum igitur verò acerrimum ad pietatem amplectendam ſtimulum domi habebat, qui eam ſibi matrimonio iunxerat, quippe quæ non, vt ille, ex oleaſtro in oliuam inſerta eſſet, verùm iam olim, & à maioribus Dei Chriſtique amore flagraret, vir tutiſque patrimonium à parentibus accepiſſet, nec pro eximia ſua fide diuerſæ religionis maritum pati poſſet, nec licet alioqui patientiſſima fæmina ſingularique animi magnitudine prædita, hoc vnum æquo placidoque animo ferre, vt dimidia tantùm ſui parte ob alterius partis auerſionem Deo adiungeretur, nec ad corporum coniunctionem ſpiritus cõnexio accederet. Quamobrem dies noctesque ſupplex humique prouoluta Deum pro ſui capitis ſalute cum multis ieiunijs ac lacrymis obſecrabat, ac viro etiam ſtudioſe inſtabat, eumque varijs modis lucrari contendebat, probris, admonitionibus, obſequijs

Parentis Chriſtianis natalia.

Rom. 11.

Pro viri conuerſione Deum orat.

quijs, famulatibus, & quod maximum erat, morum suorum probitate
a feruentique erga pietatem affectu, *a* qua potissimum animus flectitur, sponteque sua coactus ad virtutem emollitur. Nec verò aliter fieri poterat, quin assiduis tandem ictibus gutta lapidem excauaret, progressuque temporis quod tanto studio cōtendebat, perficeret, quemadmodùm ex his, quæ sequuntur, liquidò patebit.

Eum assiduè hortatur ad fidem suscipiendam.

a *Exemplū verbis efficacius*[*bene* ergo capit Iesus facere, & docere *Luc.* I.

12 Hæc igitur ipsa petebat, & in spe habebat, vtpote fide, quàm iuuenili ætate feruentior: neque enim quisquam præsentibus rebus, atque ob oculos positis perinde confidit, vt illa rebus quas spe conceperat:
a *a* nec mirum cùm diuinæ liberalitatis periculum jam ab ea factum fuisset. Huic autem ad salutem adipiscendam adiumento erat, cùm ratio ipsa curationem paulatim admittēs, tum insomniorum etiam visio, quibus animam salute dignam plerumque Deus beneficio afficit. Sed quæ tandem fuit ista visio? Neque enim quidquam in tota narratione mihi perinde iucundum videtur. Putabat se quod antè nūquam fecerat (quamuis vxor in oratione frequens esset)

Visio adid visione nocturna impellitur.

ex

ex Dauidis Psalmis eam partem canere, *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Nouus erat, & insuetus hic cantus: simulque cum cantu cupiditas ingreditur. Psal. 121. v. 1.

a *Experimentum diuinæ beneficentiæ fiduciam confert sperandi noua beneficia*] *quod philosophabatur Dauid* 1. *Reg.* 37. & ait Dauid Dominus, qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius.

13 *a* Quod vbi mulier intellexit, voti iam compos facta, oblatam occasionem arripit, visionem hanc in iucundissimam partem interpretans, beneficijque magnitudinem animi lętitia declarans, salutemque adurgens, ne quid, quod vocationi obstaret, intercederet, negotiumque in quod tanto studio incumbebat, abrumperet. Ac proinde cùm res ita nata fuisset, vt ad profligandum nuper exortum Arij insanum dogma, quo diuinitas scindebatur, permulti Episcopi Nicæam properarent, Deo sese veritatisque præconibus tradidit, ac desiderium confitetur, communisque salutis auxilium ab ijs poscit, in quibus illustris quoque Leontius erat, qui Metropolin tum nostram moderabatur. *b* Miraculum autem, quod hic quoque diuina gratia a

b

Petit baptismum præsente S. Leontio, de quo 13. Ianuar.

gratia editum est, si reticuero, malè profectò de ipsa gratia meritus videri possim. c Huius porrò testes sunt non pauci. Spirituale quoddam erratum exactę disciplinę magistri cõmittunt, idque quod futurum erat, superna gratia præsignat, ac sacerdotij forma cum Christiana institutione miscetur. O initiationem minimè spontaneam! Etenim in genu flexus fidei elementis imbuitur: adeò vt multi non perspicaciores tantùm, sed etiam minore ingenij acumine præditi, non obscuris signis confirmati, quod postmodùm euenit, prædicerent.

Præter morem flectẽs instruitur ad baptismum; & catechistationem sacerdotij initiationi, non catecheticæ institutioni præmitti solitam ex errore recitat.

a *Occasio opportuna oblata statim arripienda.*

b *Gratia & miracula Dei præsertim in aliena persona non reticenda* | *est monitum Angelicum Tob.* 12.7. Opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.

c *Quædam putantur casus, & errores, quæ sunt Diuinæ prouidentiæ dispensationes.*

14 Non multum temporis interfluxerat, cùm huic miraculo miraculum aliud adiungitur. Hunc autem sermonem pijs auribus commendabo: nam apud prophanas animas nulla res pręclara fidem inuenire potest. Ad eam regenerationem, quæ

est

per aquam, & spiritum renascimur, accedit, per quam Christiani nominis creationem atque consecrationem, terrenique ad spiritualem immutationem transitumque profitemur: & quidem cum ardenti cupiditate, & luculenta spe accedit, nimirum pro viribus antè perpurgatus, atque tum animo, tum corpore multò maiore cura diligentiaque lustratus, quàm qui olim à Mose tabulas accepturi erant. Illis enim non vltra vestem exiguamque vêtris compressionem ac breuem quamdam, & extemporalem corporis castimoniã lustratio sese porrigebat: huic verò ad diuinam illuminationem omnis intermedia vita præparatio quædam fuit, & purgationem præcedens purgatio, cælesti dono securitatem afferens: vt Baptismus vitæ puritati tutò committeretur, minimeque periclitaretur bonum illud in animi habitudine aduersus gratiam audacem. Egressum verò ex aqua lux, & gloria eo animi affectu, cum quo ad fidei donum accessit, digna circumfulsit, nonnullis quidem etiam alijs perspicua (qui tum miraculum illud apud se continebant, idcirco efferre non ausi, quòd vnusquisque visionem hanc sibi obtigisse crederet, sed ali quantò post illud inter se dissemina-runt)

Exod. 19.

Baptizatus luce diuina circumfunditur. Eum baptizans sibi successurum prædicit.

runt) ei autem qui Baptistæ, & initiatoris munere fungebatur, ita clara & conspicua, vt ne mysterium quidem pectore clausum tenere potuerit, sed eum, quem inungebat, sibi in Episcopatu successurum palàm publiceque clamauerit.

15 Nec verò est, cur cuiquam id incredibile videatur, qui modò norit, quemadmodum Moses, cùm vulgi opinione adhuc paruus esset, nec vllo honore dignus haberetur, è rubo flagrante quidem illo, sed vim ignis minimè sentiente vocatus sit, vel ab eo potiùs, qui in rubo vtcumque se conspiciendum præbebat, primoque illo miraculo fidem auctoritatemque nactus fuerit; Moses, inquam, ille cui mare scinditur, panis depluit, petra aquam fontis in morem fundit, ignis ac nubis columnę vicissim iter præmonstrant, manuum extensio crucem adumbrans, profligatis multis hostium millibus trophęum statuit. Idem Esaiæ illi gloriæ & Seraphinorum spectatori accidit: idem postea Hieremię, qui magnam aduersus gentes, & regna potentiam accepit. Ex quibus alter diuinam vocem audit, ac priusquàm vaticinandi prouinciam obeat, carbone purgatur: alter antequam creatur, cognoscitur, & antequàm in lucem pro-

Exod. 3.

Similia in alijs Sāctis portenta.

Exod. 13. 14. 16. 17.

Esa. 6.

Hiere. 1.

prodeat, sanctitate donatur. Quin Paulus etiam, egregius, inquam, ille veritatis præco, Gentiumque in fide magister, cùm infesto adhuc animo Ecclesiam vexaret, lumine collustratur, eumque quem persequebatur, cognoscit, magnique ministerij prouinciam suscipit, omniumque aures, & animos Euangelij promulgatione complet. Quid autem omnes eos enumerare attinet, qui à Deo acciti sunt, talibusque miraculis conciliati, qualibus ipse quoque pater ad fidei pietatem est confirmatus? Act. 9.

16 a Nec vero dicere cuiquam licet, principia quidem talia tamque admiranda ac propemodùm fide maiora extitisse; ceterùm ea quæ postea secuta sunt, pristinis virtutibus aliquam dedecoris notam inussisse: quemadmodum ijs vsu venire solet, qui rerum honestarum studio celerrimè satiantur, porroque progredi non curant, vel etiam ad vitium omnino relabuntur. Non, inquam, hoc cuiquam dicere licet, verùm, & sibi & vitæ superioris vestigijs admodùm institit: adeò vt inter se vtraque bellissimè congruerent, nempe, & ea quę sacerdotium præcesserant, cum his quę in sacerdotio rectè honestèque gessit; & ea quæ Episcopatum adeptus egit, cum his virtutibus quas an- a

te eam dignitatem habuit: nec aliter exordiri deceat, quàm quo modo ipse finiuit, nec rursus in alium finem progredi, quàm vt exorsus est. Enimuerò sacræ præfecturæ munus nequaquam ipsi leuiter temerèque, vt nunc moribus receptum est, sed nonnullo interiecto temporis spatio delegatur: quo nimirum ad sui purgationem aliorum quoque purgandorum facultatem atque peritiam adiungeret: quemadmodùm videlicet spiritualis ordinis lex exposcit.

Fit postea Sacerdos, ac deinde Episcopu.

a *Non remittendum studium virtutis* | *Quam bene Apost. 1. Cor. 9 24.* Sic currite, vt comprehendatis.

17 Postquàm autem Episcopus institutus est, vberiùs gratia celebratur, vt re vera Dei gratia, & non hominum, nec sicut est apud Ecclesiasten, Impetus quidam licentiosus, spiritusque destinata ratio. Nam cùm siluosam, & agrestem accepisset Ecclesiam, non ita pridem ab Episcopis gubernari solitam, sed quæ ab vno tantùm exantecessoribus suis exornata fuisset, viro vt eximijs atque Angelicis moribus prædio, ita simpliciori, quàm sint qui hac tempestare populo præsunt, eoque etiam celerrimè rebus humanis exempto perdiu neglectam, & quia nullius Antistitis cura excolebatur, desertam,

Suos verbo & exemplo excolit.

tam, & in vepres redactam: eam, in-quam, cùm talem accepisset, primùm ferinos hominum mores haud magno negotio mitigauit, tùm pastoralis artis sermonibus, tùm etiam quòd se velut spiritualem quamdam statuam ad excellentissimæ cuiusque actionis pulchritudinem expolitam ad imitandum proponeret.

18 Deinde in sacrarum Litterarum meditatione summa animi contentione versatus, quamuis seriùs ad huiusmodi studia sese contulisset, tantùm eruditionis breui collegit, vt nec alijs in rebus quoquam eorum, qui Theologiæ causa plurimum laboris exhauserunt, inferior esset; ac prætereà singulare hoc à Deo beneficium acciperet, vt orthodoxæ fidei pater & magister existeret, non vt ætatis nostrę sapientibus mos est, pro temporũ ratione variè se inflectens; nec fidei, doctrinæquè nostræ patrocinium ambiguè, ac veteratoriè suscipiens, vt solent qni minùs firmas fidei radices egerunt, aut veritatem cauponum ritu adulterant: quin potiùs & eruditos pietate, & pios eruditionis laude antecellens, aut vt rectiùs loquar, ita secundas doctrinæ ferens, vt pietatis primas obtineret. Vnum quippe Deum in Trinitate adorandum, tria autem in vnam diuini.

Egregiè erudi tus.

Semper de fido rectè sentiens.

uinitatem collecta credebat: nec aut vnum asserendo Sabellij dogma fouebat, nec tria profitendo partes Arij tuebatur, nempe vel diuinitatem impiè contrahens ac resoluens, vel eandem magnitudinis, aut naturæ diuersitate conscindens. a Vbi enim sublimius vnumquodque est, quàm vt ingenio nostro, cogitationeque comprehendi queat, quonam tandem hic modo id quod præcellit, vel mēte percipi poterit, vel doceri? Quænam porrò immensæ rei dimetiendæ ratio futura est, vt quod rebus finitis conuenit, diuinitati quoque accidat, superioribusque & inferioribus gradibus definiatur? Hæc secum animo considerans magnus ille homo Dei, verèque Theologus ac de his rebus à Spiritu sancto impulsus, & instinctus, hoc (quid enim dicendum est?) effecit, vt noua Hierusalem, ac secunda quædam Arca super aquas delata, quemadmodùm ea magni illius Noe, secundique huius mundi parentis hæc Ecclesia diceretur: quippe quæ in illa animarum illuuie, quæ tum omnia passim obruebat, atque importunis hæreticorum insultibus sublimis, & incolumis enataret, quantoque alijs numero cedebat, tanto ijsdem splendore, & gloria superior esset; idemque ipsi acci-

Margin notes: a — Hæreticis resistit. — Gen. 6.

acciderit, quod Bethleem accidisse Mich. 5.
videmus, quam nulla res prohibuit, Matth. 2.
quò minùs, & parua ciuitas esset, &
totius terræ metropolis, vtpotè Christi
orbis conditoris victorisque parentem
atque nutricem. Id quod
hac demum coniectura facilè colligetur.

a *Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, siue diuinæ naturæ superat nostram capacitatem.*

19. Nam quo tempore à feruentiore Ecclesiæ parte ob eam causam seditio in nos excitata est, quòd litteris quibusdam subdolisque verbis in prauam societatem furtim pertracti fuissemus, solus illæsum cor habere, nec animam simul cum atramento fœdasse, nigroreque affecisse creditus est, *a* tametsi per animi simplicitatem abreptus fuisset, dolumque homo doli expers minimè vitauisset. Quin etiam solus, aut certè primus eos, qui à nobis ob pietatis zelum diffidebant, & sibi, & ceteris reconciliauit, postremos à nobis separatos, & primos reuersos, tum ob ipsius reuerentiam, tum ob dogmatis puritatem. Ita grauis Ecclesiarum *Dissensio-* iactatio tempestasque sedata est, ac *nes Eccle-* procella in auram redacta orationi- *siarum se-* bus consilijsque illius (liceat enim *dat.* audacter dicere) fracta atque subla-

ta, nobis interim, & pietatis socijs, & actionis. Qui cum in omni honesto negotio eum adiuuaremus, ac velut cursim affectaremur; tum hic quoque Dei beneficio multò maximam laboris studijque partem impendimus.

a *Viri simplices, & animo candidi quandoque à fraudolentis ad illicita pertrahuntur: sed immaculata semper ipsorum intentione. Item non credunt in alijs dolos ipsi doli expertes. | Quid mirum si Iosue facilis fuerit ad praestandam fidem Gabaonitis. Iosue 9.*

Multis virtutibus clarus.

20. Verùm hic sermo paulùm ordinem suum antegressus hoc loco conquiescat. Quis autem tot illius virtutes aut enumerando recensere, aut multa preterire cupiens, quod prætermittendum sit, facilè reperire queat? Vt enim quidque animum subit, ita præstantius ijs, quæ priùs effluxerunt, esse videtur, illudque complector, magisque ancipitis sum animi, quid mihi sit omittendum, quàm alij, qui in eodem orationis genere versantur, quid dicere debeant. Ita fit, vt mihi copia quodammodò in detrimentum ac penuriam cedat, mensque ipsa exploretur, dum illius laudes expendere, & explorare conatur, nec superiorem inter pares inuenire potest. Nam quod in

in tranquillis vndis euenire cernimus, vt cùm iniectus calculus centrum effecerit, alius atque alius ſubinde circulus excitetur, continenterque in ſuperficiem agitatus externum circulum ſemper diſſoluat; id mihi planè hic quoq; accidit. Aliud enim in mentem venit, aliud ſupernenit, aliud dilabitur, atque in electione plurimum negotij, moleſtiæque habeo, quòd ea quæ priùs arripui alijs poſteà in animum influentibus ſeſe ſubducant.

21 Quis enim illo in negotijs administrandis diligentior? Quis in rebus domeſticis ſapientior, quando quidem ipſi, & domum, & opes mediocres Deus, qui omnia præclarè variéque diſpenſat, impertijt? Quis pauperibus, hoc eſt naturæ pari honore præditæ contemptiſſimæ parti, vel animo condolentior, vel manu liberalior ac munificentior? Sic enim haud dubiè quaſi alienorum bonorum procurator de bonis ſuis exiſtimabat, pauperum inopiam, quantum poterat, ſubleuans, nec ſuperflua duntaxat, ſed neceſſaria quoque in eam rem inſumens *a* (id quod hominis amiciſſime erga pauperes affecti clariſſimum eſt argumentum) partemque dans non ſeptem dumtaxat, ſicut Salomonis lex ferebat, ſed

In omnibus prouidus.

Liberalis in pauperes.

a Eccleſ. 11. v. 2.

ne octauo quidem accedente sordidi tamen præparcique animi specimen vllum edens, verùm libentiùs sua profundens, quàm alij amplificent, b *b* vinculum, & electionem tollens, hoc est, vt quidem interpretor, illiberalitatem, atque eius qui stipem accepturus est, explorationem; sitne videlicet ea dignus, an indignus, nec murmuris verbum cum largitione coniungens. Quo vitio plerique laborant; qui quamuis largiantur, nequaquàm tamen promptè, & libenter tribuunt: quod quidem erogatione ipsa maius est, & excellentius. Multò enim præstat ob eos, qui opem merentur; immerentibus quoque porrigere; quàm dum metuimus ne in indignos beneficium conferamus, dignis etiam misericordiæ officia denegare. Atque eo pertinere videtur, quod Scriptura inquit, panem in aquam quoque mittendum esse: vtpote nec defluxurum, nec periturum apud iustum harum rerum ponderatorem, sed eò peruenturum, vbi omnia nostra collocabuntur, ac tempestiuè occurrent, vtcumque aliter existimemus.

Promptus in danda eleemosina

Ecclesi. 11 v. 1.

a *Verè misericordes, & eleemosinarij non solùm ex superfluis, sed etiam ex necessarijs tribuunt | & hoc forsan est illud*

liud Non comedi buccellam meam solus. Iob 31. 17.

b *Pauperes non scrutandi, sed omnes succurrendi, licet aliqui subdoli, ne veris beneficium denegetur tali suspicione*] *Quid aliud putas dicere velle aliud sapientis. Eccles.* 7. 19. Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam, quia qui timet Deum, nihil negligit.

22 Quodque maximum, & pulcherrimum censendum est, ad illius liberalitatem mirus gloriæ contentus accedebat. Nam quamuis opes largiendique promptitudinem cum vxore communem haberet, quippe cum qua de præclarissima virtute contenderet; largiendi tamen curam ipsi vt optimæ, & fidelissimæ huiusmodi rerum dispensatrici magna ex parte relinquebat. Quam autem mulierem dico? *a* Quæ tanto tamque immodico largiendi amore flagrabat, vt ne Atlanticum quidem pelagus, aut si quid aliud maximum est, ad exhauriendum sufficere potuisset: quæ Salomonis sanguisugam in contrarium æmulata est, inexplebili boni cupiditate insaturabilem ad malum auiditatem vincens, tamque ad benè de omnibus merendum prompta, & alacris, vt nulla huius rei satietate affici posset: quæ denique non

Distributione electionarum vxori relinquit, liberali in pauperes.

a

Prou. 30. v. 15.

opes solùm omnes, quas vel primùm habuit, vel postea consecuta est, cupiditate sua minores existimabat, sed se quoque ipsam, si fieri potuisset, & liberos, vt ex ipsa sæpè audiui promptè ac lubenter vendidisset, vt in pauperum vsus insumerentur. Huic totas largitionis habenas ille permiserat. Quæ res mea quidem sententia præstantior est, quam vt huius exemplum proferri possit.

a *Pauperibus liberaliter elargiendū | comprobauimus in superioribus.*

In ea re gloriam fugit. 23 Nam qui in pecunijs liberales extiterint, alios quoque facilè reperire est, siue eas spectes quæ in publicas, & vrbicas magnificentias perditè effunduntur; siue quæ Deo per pauperes fœnori dantur, solæque ijs qui eas expendunt, reconduntur a *a* Atqui nullam ex ea re hominum famam gloriamque captarit, haud ita facilè reperiemus. Permulti siquidem ad impensas prompto animo faciendas sola honoris cupiditate ducuntur. Vbi autem largitio arbitris caret, ibi quoque largiendi languescit alacritas. Atque hæc fuit illius beneficentia: pluraque etiam his vt vobis comperta relinquemus: adeò vt si quid huiusmodi de nobis commemoretur, ex eo fonte dimanet, illiusque profluij pars sit. Iam verò quis

quis vmquam cum maio.i. Dei fauo re, vel homines sacrario obtulit, vel ob iniurias ipsis factas zelo exarsit, aut sacram mensam prophanis iniecto pauore repurgauit? Quis tanta sententiæ integritate atque constantia parique iustitiæ statera, vel caussam disceptauit, vel scelus odio habuit, vel honore virtutem prosecutus est, vel optimos viros ceteris antetulit? Quis aut pari facilitate peccantibus ignouit, aut cum recte currentibus cursum inijt? Quis cùm vtrumque tempus & virgæ, & baculi perspectum haberet, baculo tamen magis est vsus? Cuius porrò oculi magis ad fideles terræ, cùm alios omnes, tum præsertim eos, qui in solitaria, & cælibe vita terram terręque commoda contempserunt, ac Deo viuunt?

Honoris, Dei iusti-tie, & vir-tutum certerarum studiosus.

a *Rari liberales in eleemosinis absque vanagloria, & fuco ostentationis* | *Ideoque non extra aleam, monuit verbũ Dei Matth. 6. 2.* Cum facis eleemosinam, noli tuba canere ante te &c.

24 Iam quis aut fastum magis coercuit, aut animi humilitatem amauit, idque non fictè ac superficiarie, quemadmodum plerique ex his, qui nunc sapientiæ studium præseferunt, atque in speciem belli sunt, & elegantes, stultissimis vtique mu-

lierculis haud dissimiles, quæ natiua pulchritudine carentes, ad colores confugiunt, theatricèque, vt sic loquar, comptæ atque ornatæ sunt, ob venustatem inuenustæ, atque ob fœditatem deformiores. *a* Non enim illi in veste, sed in animi constitutione humilitas sita erat, nec ceruicis depressio aut vox ad exilitatem composita, aut faciei nutus, aut promissa barba, aut oblonga cæsaries, aut certus incedendi modus humilitatem mentiebatur *b* (quæ vt ad breue quoddam tempus effingi possunt, ita quàm celerrimè coarguuntur: nihil enim simulatum constans est, & durabile.) Quin potiùs idem, & vita maximè sublimis, & animo perquàm humilis erat: cuiusque ad virtutem nemo aspirare poterat, ad eiusdem congressum quiuis perfacilem aditum habebat. *c* Quique ab alijs vestitus ratione non differebat, à fastu scilicet ac sordibus æquè abhorrens, idem interno splendore multos antecellebat. *d* Et cùm ventris morbum auiditatemque inexplebilem comprimeret ac domaret, ita tamen in ea re se gerebat, vt hoc minime agere videretur: alterum vt se purgaret, alterum ne animo efferretur, instituti nouitate gloriam aucupans. *e* Etenim hominis esse arbitrabatur ciui-

Verè humilis.

a

b

c

d

iem

sem vitam amplectentis, dicta, factaque sua omnia huc referre, vt nominis splendorem apud exteros assequatur, quippe qui hac præsenti vita nihil beatius esse ducat: spiritualis autem, & Christiani ad vnam tantùm salutem coniectos oculos habere, atque ea, quę ad eam spectant, præclara existimare; quæ verò ad eam nihil afferunt adiumenti, vt vilia nulliusque preti j aspernari: ob eamque causam partem eam sui, quæ aspectu sentitur, pro nihilo putare, atque in eo vno elaborare, vt pars interna, quàm bellissime valeat: eaque plurimi æstimare, ex quibus, & ipse quàm optimus futurus sit, & alios exemplo suo ad optima quæque pertrahat.

a *Humilitas in internis scrutanda, magis quàm in externis; quia in his ad hypocrisim declinat.* | *Quam benè Saluator.* Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Matth.* 11.29

b *Hypocrisis, & simulata sanctitas demum detegitur.* | *Luc.* 12.2. Nihil autem opertum est, quod non reueletur, nihil occultum, quod non sciatur.

c *In vestibus, non quia damnantur luxus, sordes laudantur.*

d *Virtus sectanda, sed gloria, quæ ab ea resultat, fugienda.*

e *Vir spiritualis salutaria, & spiritualia*

tualia magnificare debet; sæcularia verò contemnere | *Optimè Apost. ad Philipp.* 3.7. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentũ feci, & arbitror vt stercora. *Fama, & gloria neminis à viro spirituali contemnenda.* | Nam omnis gloria filiæ regis ab intus. *Psal.* 44.14.

25 Sed nulla in eo præstantior magisque propria, ac ne multitudini quidem ignota virtus fuit, quàm simplicitas, animæque candor, & iniuriarum obliuio. *a* Namque ex vetustiore simul, ac recentiore hominum memoria, alij quidem alia virtute, prout gratiam aliquam Dei beneficio consecuti sunt, floruisse creduntur. Iob inuicta in calamitatibus patientia; Moses, & Dauid clementia; Samuel oraculorum editione rerumque futurarum prospicientia, Phinees zelo, à quo etiam nominatur, Petrus, & Paulus promulgandi Euangelij acrimonia, & contentione, filij Zebedæi grandiloquentia, vnde, & filij tonitrui cognominati sunt (& quid ceteros enumerare necesse est, cùm ad vos, qui eos nostis, orationem habeam?) at Stephanum

Animi cãdore & innocentia maximè excellit.

a

Marc 13. v. 17.

patremque

patremque meũ nulla res perinde nobiles, & illuſtres reddit, atque animi ſimplicitas, & innocentia Ille ſiquidem ne in extremo quidem vitæ periculo eos, à quibus impetebatur, oderat, ſed cùm lapidibus obrueretur, pro lapidantibus preces funde- Act. 7.
bat, vt Chriſti diſcipulum decebat, V.59.
cuius cauſa cruciatus quoque ipſe præclarior illi erat, quàm mors ipſa, quippe qui Chriſto lenitatis patientiæque fructum offerret. *b* Hic verò b
nullum temporis momentum inter obiurgationem offenſæque condonationem fluere patiebatur: ad eo vt *Facilè iniu-*
ignoſcendi celeritas dolorem quo *rias condo-*
que ipſum pené anteuerteret, atque *nat*
ſurriperet. Ac nos quidem iræ diui- Pſal. 74.9.
næ fæcem quamdam eſſe ex Scriptura ſacra audimus, & credimus, hoc eſt reliquias iræ aduerſus impios, & ſceleratos homines incitatæ: quandoquidem Dominus vltionum eſt Deus. *c* Quamuis enim pro ſua clē- Pſal 93.
mentia ex aſperitate in gratiam in- c
clinet, non tamen peccantibus omnino parcit, ne benignitate atque ignoſcendi facilitate deteriores fiant. At parer ijs à quibus laceſſitus eſſet, nihil reſeruābat, vir alioqui ab iracundiæ vulneribus non prorſus immunis, ac præſertim in rebus ſpiritualibus, in quibus à zelo vinceba-
tur

tur: paratus tamen armatusque, si res ita tulisset, atque aduersus dolorem, acerbitatemque animi, tamquam aduersus hostem; multò ante instructus, & expeditus. Sic enim ne sexcenti quidem homines, vt dici solet, eum emouissent. Quin dulcis quoque hic illius animi motus erat. Nam nec illius furor erat secundùm similitudinem serpentis animum occultè succendens, atque ad vlciscendum paratus, & ex prima commotione ad iram vindicandæque iniuriæ cupiditatem prorumpens, verùm apis aculeo similis, qui ita pungit, vt mortem non afferat: ac rursus humanitas, & clementia tanta, quanta vix ab homine postulanda videtur. Rotas, & flagra sæpè minabatur, ac præstò erant, qui hęc proferrent: tandem tamen vel in aurium compressionē, vel in maxillarum sugillationem, vel denique pugni in genam impactionem periculum definebat. Sic minæ soluebantur. Vestes, & calceamenta detrahebantur, atque humi stratus iacebat, qui facinus aliquod perpetrarat, confestim ab eo qui peccauerat, in eum, qui irascenti impigrè obseruierat, vt malorum ministrum ira se conuertebat. Quanam verò ratione clementior quisquam benigniorque videri potuisset, digniorque qui

Zelosus alioqui in spiritualibus & iracundus; sed facilè placabilis, & leuiùs puniens.

Christo

Christo dona offerret? *d* Plerumque d
enim vix commoueri cœperat, cùm
eum, à quo commotus fuerat, statim
excusabat, illius peccatis non secus,
ac proprijs erubescens. *e* Ros Solem e
potiùs matutinos radios diffundentem
sustinuisset, quàm vt vllæ iracundiæ
reliquiæ in ipsius animo remanerent. Simul enim atque loquebatur, protinus ira cum verbis abscedebat, solum recti amorem velut aculeum quemdam infixum relinquens, nec tardiùs vnquam Sole occumbens, aut iram, quæ prudentibus etiam viris exitium affert, producens, aut aliquam fœditatis suæ notam corpori imprimens: *f* vtpote f
cui in ipsa quoque iactatione atque perturbatione sua constaret serenitas. Ac proinde ipsi (res mira atque ab humanis sensibus aliena) contingebat, non vt solus obiurgator esset, sed vt solus ijs etiam, quibus succensebat, & amori, & admirationi esset: quòd videlicet in eo comitas obiurgationis acrimoniam vinceret. *g* Ac g
profectò à viro iusto castigari præstat, quàm vngi ab improbo. Illius enim asperitas etiam ipsa propter vtilitatem suauis est: huius contra ob morum peruersitatem benignitas quoque suspecta.

a *Vnusquisque sanctus in aliqua peculiari*

culiari virtute magis excellit | *quod voluit Apostolus ad Corinth. 1. cap. 12. 7.* Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ. &c. *vsque in fin. capitis.*

b *Iniuriæ statim condonandæ iuxta monitum Apost. ad Ephes. 4. 26.* Sol non occidat super iracundiam vestram.

c *Deus quamuis clementissimus, peccantes impunitos non relinquit, ne ignoscendi facilitate deteriores fiant.*

d *Si debeat fieri obiurgatio cum lenitate miscenda* | *Hanc suadebat Apost. 2. ad Thess. 3. 5.* Nolite quasi inimicum existimare, sed corrigite vt fratrem. *Et ad Galat. 6. 1.* Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.

e *Iracundiam in animo statim sedanda.*

f *Iustè etiam irascens ad increpandum, non debet vultus serenitatem amittere.*

g *Magis præstat à iusto corripi, & obiurgari, quàm ab impio adulari* | *Putabat procul dubio Dauid dicens Psalm 140. 5.* Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quam-

26 *a* Quamquàm autem animo ſita conſtitutus eſſet, morumque diuina quadam ſimplicitate præditus, petulantibus tamen hominibus, & contumelioſis ob pietatem terrori erat: imò, vt rectiùs loquar, nulla eos res alia malè mulctabat, quàm contempta ſimplicitas. Non enim fieri poterat, vt cuiquam benè, vel malè precaretur, quin e͠ſtatim, vel diutu͠num aliquod bonum, vel breuem moleſtiam afferret. Alterum enim ab intimo corde proficiſcebatur: alterũ ab extremis tantùm labijs manabat, ac paternæ cuiuſdam obiurgationis rationem habebat. *b* Quin etiam multis eorum, à quibus offenſus fuerat, ne tardior quidem, ac pediſequa, vt poetico verbo vtar, vis illa vltrix occurrit: ſed in ipſo iræ articulo percuſſi ſunt, reſipuerunt, ad eum acceſſerunt, ad genua acciderunt, veniam impetrarunt, honeſtè victi diſceſſerunt, atque tum caſtigatione, tum culpæ condonatione meliores facti ſunt. Nam ſæpenumerò magni ad ſalutem momenti eſt ignoſcendi facilitas, eum qui iniuriam intulit, pudore coercens, atque à metu ad amorem, & beneuolentiam, multò tutiorem certioremque traducens. *c* Caſtigati porro ſunt, alij à bobus iugo vexatis, &, quod numquàm antea

a *Manſuetus & clemens.*

b

c

anteà ipsis acciderat, repentè incursantibus excussi atque disiecti, alij ab equis mansuetissimis etiam obedientissimisque iactati, & proculcati, alij intolerandis febribus perpetratique facinoris imaginatione correpti, alij alijs modis eruditi, atque ex his quæ perpessi fuerant, obedientiã edocti.

a *Prælatus, seu Superior æquè præditus esse debet seueritate ac clementia*] *vnde dicere ei possit subditus*, Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Psal.* 22. 6. 4.

b *Iniuriarum condonatio trahit offensorem ad pœnitentiam, & beneuolentiam.* | *Testis Saul, qui beneficio vitæ accepto à Dauid in spelunca Engaddi dixit*: Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid: Iustior es tu, quàm ego; tu tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. 2. Reg. 14. 17.

Prælatus facilis esse debet ad ignoscendum | *De quo monuit Christus Petrum Prælatorum supremum petentem.* | Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vsque septies? Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

c *Prælatis inobedientes, & infensi à Deo seuerè puniũtur etiam in hac vita.*] *Fidem faciunt Core, Dathan, & Abiron, quos cõtra Moysem sese efferentes terra aperto ore degluttijt, cum tabernaculis,*

lis suis, vniuersaque substantia eorum. num.16. 31.

27 *a* Sed fuerit sanè tanta, tamque illustri humanitate, & clementia: industria tamen eaque virtute, quæ in rebus gerendis versatur, cuiquam alij celebrat? Minimè. Verùm idem, & lenis ac placidus erat, vt si quis vmquàm; & in agendo peræque strenuus. Nam cùm hæ duæ res ferè inter se pugnent, & aduersentur, simplicitas nimirum, & asperitas, alteraque mansuetudinem cum inertia coniunctam habeat, altera rebus quidem agendis apta sit, verùm humanitate careat: ille vtrumque mirificè complexus est, vt, & tamquam asper, & vehemens rerum actionibus incumberet cum mansuetudine: & tamquam à rebus gerendis alienus, se submitteret cum industria: idque, & in præfecturæ munere, & loquendi libertate, & in omni genere gubernationis. Sic enim serpentis circa malum prudentiam cum columbæ circa bonum simplicitate commiscuit, vt nec prudentiam in malitiam, nec simplicitatem in stoliditatem degenerare sineret: sed ex ambabus, quoad eius fieri poterat, vnam virtutis speciem efficeret numeris omnibus absolutam.

a Asperitatem simplicitate temperat.

Matthæi 10. v 16.

a *Prudentia, & simplicitas colligan-*

da

da simul, ne illa in malitiam, hæc in stoliditatem degenerent.

Item hæ virtutes in prælato maximè desider tur; ideoque Apostolis commendata simplicitas columbæ, & serpentis prudentia. Matt. 10. 16.

Miraculis claret. 28 Hunc igitur virtute tali præditum, ita in Episcopatus munere versatum, atque eiusmodi gloriam apud omnes adeptum, quid mirum signis quoque, quibus Deus pietatem confirmat, dignum habitum fuisse? Horum porrò miraculorum quæ in eo patrata sunt, hoc vnum est. Morbo laborabat, ac malè affecto erat corpore. a Quid autem mirandum, si pij quoque viri calamitatibus vexentur, siue ad exigui limi purgationem, siue ad virtutis explorationem experimentumque patientiæ, siue denique ad imbecillorum eruditionē, qui in illis fortiter aduersa perferre condiscunt, afflictionibusque minimè frangi ac debilitari? Morbo igitur laborabat, & quidem tum, cùm sanctum, & nobile Pascha, diem inquam, illum dierum Regem, noctemque luculentam peccati tenebras discutientem, qua nos cum copioso lumine salutis nostræ festum agitamus, quique cum luce propter nos extincta mortificati eramus, ijdem ea resurgente simul excitamur. Hoc tempore

pore morbus vrgebat. Is autem, vt breue faciam, talis erat. Febris quædam ardens, & peracerba internas omnes corporis partes exurebat, vires collapſæ erant, nihil ſtomachus appetebat, ſomnus exceſſerat, quo ſe verteret neſciebat, ac deficiente arteriarum pulſu ſubinde concidebat. Iam oris interiora, atque adeò palatum ipſum, & quidquid eo ſuperius pendet, tot tamque continuis tetriſque vlceribus ſcatebant, vt ne aquæ quidem facilis, & periculo vacuus meatus eſſet. Nec verò aut medicorum artes, aut amicorum, ac neceſſariorum quamlibet aſſiduæ preces, aut vlla cura, ac medela morbo depellendo par eſſe poterat. Atque hic eo valetudinis ſtatu erat, paruos quoſdam, ac deploratos ſpiritus ducens, ac ne pręſentes quidem agnoſcens, totuſque in peregrinationem incumbens, reſque iam pridem expetitas ipſique præparatas. *b* Nos verò in æde ſacra Sacerdotes ſimul, & ſupplices eramus (deſperatis videlicet omnibus alijs remedijs ad magnum Medicum, & noctis illius potentiam tamquàm ad extremam opem auxiliumque confugientes) quid dicam? feſtumnè vt ageremus, an vt lamentaremur? dieine ſolemnitatem vt lętis animis celebraremus, an vt illum velut

Ægrotat.

b

In morbis deſperatis ad Deum & preces recurrendum.

velut iam è viuorum numero sublatum funereis honoribus ornaremus? Quas tum lacrymas vniuersus populus profudit! Quas voces, & clamores! quos hymnos Psalmorum decantationi admiscuit! A sacra domo sacrificum, à mysterio mysteriorum arbitrum, & antistitem, à Deo dignũ adstitem requirebat: idque præcinente mea Maria tympanumque non triumphale, sed supplex pulsante, ac tum primùm frontem præ dolore perfricante, populique simul, ac Dei fidem cum clamoribus implorante (illius, vt dolentis vicem doleret, lacrymisque insuper obnixè contenderet; huius, vt precantes exaudiret) ipsumque adeò miraculorum omniũ (ingenium enim acuit dolor) submonente. Quid hic igitur noctis illius, & iacentis ægroti Deus facit? Mihi ad eorum quæ sequuntur narrationem progredienti cohorrescere subit: ac vos etiam cohorrescatis, velim: nec tamen fidem orationi detrahatis: neque enim fas est, & nobis, & de illo verba facientibus fidem abrogare.

Exod. 15.

a *Tribulationem Deus iustis committit triplici de causa, vel ad purgationem, vel ad virtutis probationem, vel ad imbecillorum exemplum, & erudimentum. De prima ait Daniel* 11. 35. De eruditis

ruent

ruent, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum. *De secunda Ecclef.27.6.* Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis. & *Iob 12. 13.* Quia acceptus eras Deo necesse fuit, vt tentatio probaret te. *Audiuit Tobias. De tertia Iob 2.12.* Hanc autem tentationem (*scil. cæcitatis*) ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.

b *In morbis desperatis ad Deum recurrendum* | *Quod didicit* mulier, quæ erat in profluuio sāguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat &c.

29 Mysterij tempus aderat, & religiosa, & veneranda statio, com modoque ordine collocata multitudo, sacris quæ peragebantur, cum silentio acquiescens, cùm ille ab eo, qui mortuos ad vitam reuocat, & à nocte sacrosancta excitatur. Primùm ægrè, ac paulum se mouet, deinde firmiùs: mox perexili, & obscura voce famulum quemdam ex his qui domi manserant, nominatim accitum presto esse, vestem dextramque porrigere iubet. Quo promptè, & cum stupore obsequente, ipse manu tam- *Populo orāte mirabiliter ex morbo desperato conualescit.*

Exod. 17. quàm scipione nixus Mosem illum in monte precantem imitatur, languidisque manibus ad orationem compositis, vel cum populo, vel ante populum mysteria celebrat, paucis quidem atque infirmis, quibusque poterat verbis: ceterùm mente, vt mihi videtur, integerrima (rem miram) sine sacrario in sacrario, sine altari sacrificus, Sacerdos procul à mysterijs remotus. Atque hæc illi Spiritus sancti munere cõtingebant, ipsi quidem cognita, ceterùm à præsentibus haudquaquàm animaduersa. Posteà Deo pro beneficijs erga homines collatis gratam orationem, vt moris est, subiunxit, populoque benè precatus, in lectulum rursus se conijcit, cumque nonnihil cibi admisisset, somnoque se dedisset, animo recreatur, auctaque paulatim sanitate; cùm nouus ille solemnitatis dies (ita enim Dominicam eam appellamus, quę resurrectionis Dominicam prima excipit) aduenisset, in templum se confert, ac cum omnibus Ecclesię copijs salutis Encænia celebrat, a ac pro restituta valetudine gratiarum sacrificium offert. Quę quidem res miraculo illo, quod in

4 Reg. 20. Ezechia editum est, meo quidem iudicio nequaquàm inferior haberi debet: quem in morbum lapsum, &

depre-

deprecantem, vitæ accessione, & incremento Deus honorauit: idque per retroactam (vt ipsemet qui salutem accepit, precibus contenderat) graduum vmbram indicauit, simul gratia, ac miraculo Regem ornans, & diei augmento dierum augmentum confirmans.

a *Oratio efficax remedium tribulationum, & necessitatum;* | *Ideoque hoc tam sæpe applicauit Dauid, vt constat in Psalmis.*

b *Pro restituta valetudine gratiarum sacrificium Deo persoluendū* | *fecit Ezechias. Isa 38. 9. &c.*

30 Idem miraculum circa matrem aliquanto post contigit, quod etiam ipsum commemorare operæ pretium est, vt, & eam honore, si quam vnquam alia, dignam honoremus, & patri hac narrationis societatem gratam faciamus. Hanc quoque morbus inuadit, fortem alioqui feminam, & generosam, atque omni vitæ tempore commoda valetudine vsam. In multis autem doloribus, ne sermonem longius producam, nihil eam perinde discruciabat, atque inedia, qua multos iam dies periculosè affli-ctabatur, neque huius mali remedium vllum inueniebat. Quonam igitur modo eam Deus aluit? Non manna pluens, vt olim Israeli; aut pe- *Mater S. Nazianze ni à pericu loso morbo cōualescit.*

tram frangens, vt sitienti populo fontem aperiret, aut per coruos pascens, vt illum Eliam; aut per Prophetam in sublime raptum satians, vt Danielem anteà, cùm fame in lacu vexaretur. Quonam ergo modo? Visum est ipsi me, quem charissimum habebat (neque enim quemquam alium nostrum ne in somnis quidem mihi preferebat) noctu repentè superuenientem cum canistro candidissimisque panibus *a* pro meo more benedictis, atque signatis eam aluisse, sicque conualuisse, viresque collegisse. Ac nocturnæ visioni veritas respondebat. Ab eo enim tempore ad se rediit, spemque meliorem concepit, quemadmodùm dilucido, & perspicuo argumento declaratum est. Nam cùm postero die ad eam matutino ingressus, primùm solitò hilariorem vidissem, deinde hęc consueta, vt se noctu habuisset, ecqua re opus haberet, percunctatus essem; Tu me, respondit illa sanè incunctanter, & tranquillo vultu, nate nutriuisti, ac posteà rogas ecquid valeo? Simulque nutu mihi ancillæ significabant, ne contradicerem, sed promptè responsum hoc acciperem: ne patefacta rei veritate mœrore frangeretur.

Nazianzenus matri pra ceteris carus.

a *Cibus antequam sumendus benedictione sanctificandus | satis confirmat*

Christi

Christi, exemplum pluries in Euangelio.

31 Vnum adhuc vtique commune adiungam. Cùm Alexandria per mare Parthenicum in Græciam nauigarem (nauigabam autem intempestiua prorsus anni parte animo ita perpellente, in naui Æginæa, nam id me, vel maximè impulit, quòd in nautas mihi familiares incidissem) cùm, inquam, nauigarem, paulumque processissemus, tam atrox tempestas exorta est, vt non multas pares meminissent, qui mecum vehebātur. Hic omnibus mortis timore perculsis, ipse animæ mortem grauiùs pertimescebam. In periculum enim miser veneram, ne baptismo non initiatus è vita discederem; spiritualem aquam inter exitiosas, & mortiferas vndas desiderās. Ac proinde clamabam, obsecrabam, spatium quoddam temporis expetebām: conclamabant etiam in communi licet vitæ discrimine qui simul nauigabant, & quidem grauiùs, quàm quidam è familiaribus meis, ac necessarijs, benigni videlicet hospites, & humanitate præditi, *a* atque ex periculis, hoc doctrinæ assecuti, vt aliorum calamitate mouerentur. In hoc malo, quo tum eram, parentes quoque versabantur, per noctis visum in periculi partem venientes, atque è terra opem ferebant

Parentum precibus naufragiū euadit Nazianzenus nondū baptizatus.

a

bant, vim fluctuum precibus velut excantantes: quemadmodùm postea subducta temporis ratione domum reuersi cognouimus. Quod etiam nobis salutaris somnus indicauit, cùm tandem aliquando eum remittente nonnihil tempestate cepissemus. Furiam mihi tenere videbar, truculentum quiddam intuentem, periculumque minitantem: hanc enim nobis perspicuè depictam nox proponebat. Alius ex vectoribus (puer is erat mei studiosissimus, & amantissimus, meaque causa vehementer anxius) cùm eo statu essem, matrem meam sibi videre videbatur, quę mare ingressa nauim prehensam haud magno labore ad terram pertraheret: fidemque faciebat hęc visio. Tranquillabatur enim mare: statimque citra magnam vexationem Rhodum appulimus. *b* Huius ipsi periculi donum extitimus. Vt enim nos Deo vouimus, si discrimen effugeremus, ita periculo defuncti nosmetipsos obtulimus.

Mater naut[a]e in somnis apparet nauim ad terram pertrahens.

Vouet se Deo in periculo Nazianzenus.

a *Compati aliorum calamitatibus propri[a]e nos erudiunt | hoc voluit Apost. ad Hebr.* 4. 15. Non enim habentes Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

In

b *In periculis votum rationabile obsequium. At periculo superato persoluendum* | *Nam* Quod egressum est semel de labijs tuis obseruabis, & facies sicuti promisisti Domino Deo tuo. *Deut* 23, 23. *Quia* Ruina est homini (*ait sapiens*) decorare Sanctos, & post vota retractare. *Prou.* 20. 25.

32. Ac de his quæ vtrique communia sunt, hæc nobis dicta sint. Mirari autem iampridem quosdam eorum arbitror, quibus illius vita perspecta est, & explorata, quid sit, cur cùm in his rebus ita immorati simus, ac si sola hæc argumenta laudis haberemus; turbulentorum tamen temporum, quibus eum velut instructa acie sese opposuisse constat, mentionem facere distulerimus: tamquam ea, vel incognita habeamus, vel non ita magna, & præclara ducamus. Agedum igitur hæc quoque superioribus adijciamus. Tulit nostra ætas primum, &, vt opinor, postremum malum Imperatorem, Dei mentisque desertorem. Hic parum amplũ esse arbitratus Persas imperio suo subijcere, magnum verò, & gloriosum Christianos in potestatem redigere, simulque dæmonibus, à quibus ducebatur, ita suadentibus, nullum genus impietatis prætermittebat, nunc alliciendo, nunc commi-

Iulianus apostata Christianos persequitur.

nando, nunc fallendo, nec callidis solùm artibus, sed vi etiam homines ad se pertrahendo. Nec tamen eius ita obscura esse consilia poterant, quin satis omnes animaduerterent, cum versutis consilijs persecutionem tegere: nec rursus apertam vim intentabat: quo alterutro saltem modo caperemur, vel fraude circumuenti, vel per vim expugnati. Hunc porrò qui magis, aut contempserit, aut oppresserit, ecquis tandem reperietur? Ac contemptionis quidem cùm multa alia signa proferri queunt, tum argumento etiam esse possunt sagittarij illi, eorumque præfectus, quos in Ecclesias nostras immiserat, vt eas vel voluntate sibi adiungeret, vel armis subigeret. Nam cum plerisque alijs oppugnatis huc quoque cum eadem animi ferocia venisset, ac pro imperio, & potestate templum sibi dedi iussisset, tantum abfuit, vt quidpiam eorum quæ cupiebat, perficeret, vt nisi patri meo vel suopte consilio, vel cuiusdam admonitu protinus cessisset, calcibus etiam cæsus discessurus fuerit. Ita in illum furore & zelo templi Sacerdos æstuabat. Pestem autem & exitium qua tandem ratione quispiam illi magis conflasse videri queat, quàm & publicè coniunctis totius populi votis, & orationi-

Eius militibus fortiter resistit Gregorius pater.

bus

bus impium fundens ac profligans, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & priuatim nocturnam aduersus eum aciem opponens, *a* hoc est humi cubitatione seniles & rosci-das carnes conficiēs, & lacrymarum fonte pauimentum proluens, in annum etiam fermè integrum, *b* idque eo solùm, cui res occultæ perspectæ sunt, arbitro faciens, ac propter pietatem ab ostentatione, sicut iam diximus, alienam, sedulò adnitens, vt nos res ea lateret. Atque omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improuiso cubiculum ingressus, humilisque decubitus signa conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo quidnam hoc esset percontatus, noctis arcanum intellexissem. *Orationes & pœnitētias contra eū suscipit.* a b

a *In tribulationibus, Ecclesiæ pœnitentia, & oratione Deus placandus præsertim à Prælatis | Vt verificetur quod de S. Pontifice canit mater Ecclesia* & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. *Offic. Diuin. ad Vesp. Conf. Pontif.*

b *Virtus occultanda | veritatis oraculum est. Matt.* 6. 3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra.

33 Alteram eiusdem tēporis eiusdemque fortitudinis narrationem accipite. Cæsareæ ciues de Archi-

Cæsarea ad tumultus procliuis. episcopi creatione factiose inter se contendebant (nam alter clanculum se abduxerat, alter requirebatur) acrisque seditio erat, compressuque atque sublatu nequaquam facilis. Præter id enim, quòd in hac re, præsertim ob fidei feruorem, natura sua ad tumultus excitandos procliuis est ea ciuitas; cathedræ insuper illius splendor & gloria contẽtionis acrioris causam afferebat. Atque hoc statu res erat, ac nonnulli Episcopi aderant Archiepiscopum electuri. Sed cùm in plures sententias popularis multitudo distraheretur, alijque aliũ proponerent (quemadmodùm in huiusmodi negotijs fieri consueuit, prout quisque vel cuiuspiam beneuolentia, vel Dei pietate mouebatur) tandem plebs tota vno consensu primarij ordinis virum vnum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen diuino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem corripientes, simulque militaribus copijs, quæ tum in vrbem venerant, opem afferentibus, in sublimi Sede collocarunt, Episcopisque obtulerunt, ab ijsque petere institerunt, vt eum salutari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarent, suasioni interim vim admiscentes, non id quidem admodùm grauiter

Eusebius nondũ baptizatus eligitur Cæsareensis Episcopus inuitus.

& mo-

& modestè, admodùm tamen piè atque ardenter. Nec enim cuiusquam virtus aut pietas oblata occasione clariùs emicuit. Sed tum quid factum est, quoque progressus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem perfuderunt, Antistitem pronuntiarūt, in throno collocarunt, manibus tamen potiùs quàm voluntate sinceroque animi affectu, sicut posteà declaratum est. Vt enim volentes lubentesque discesserunt, ac quæ vellent, liberè decernere potuerunt, consilium inter se ineunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen, atque omnia, quæ gesta fuerant, abrogare statuunt, eamque institutionem, vt minùs legitimè factam pro irrita habere; vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obijcientes, ac sermones quosdam petulāter magis, quàm sapienter eo tempore iactatos vrgentes. At magnus Episcopus noster, æquusque rerum æstimator, nec cum ijs, qui huiusmodi consilium inibant, abductus est, nec eorum sententiam comprobauit: sed constans atque inuictus permansit, haud minùs, quàm si nullam omnino vim perpessus fuisset. Nam cùm vtrisque vis allata fuisset, vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accusarent, vel culpa soluendos, si ip-

Electionem retractant Episcopi.

Obsistit Gregorius.

ſum culpa ſoluerent, vel, quod iuſtius erat, ne abſoluendos quidem, tametſi ipſe crimine ſolueretur. Si enim ipſis venia deberetur, vtique, & illi: ſin illi nullo modo parcendum eſſet, multò ijs minus delicti veniam eſſe ſpectandam. Longè enim ipſis honeſtius eum futurum fuiſſe periculum ſubire, atque omni ratione obſiſtere, quàm inſidias poſteà moliri: eo præſertim tempore, quo veteres inimicitiæ potiùs eſſent deponendæ, quàm nouæ excogitandæ. Sic enim ſe res habebat. Aderat quippe Imperator aduerſus Chriſtianos fremens, atque hanc electionem irato infeſtoque animo ferens, grauesquè in eum, qui Archiepiſcopus inſtitutus fuerat, minę iactabantur, atque in nouaculæ acie ſitæ res ciuitatis erant, ab eone die in rerum natura eſſe deſineret, an ſeruaretur, ac clementiæ humanitatiſque nonnihil impetraret. Ad eum enim dolorem, quem ob Fortunam ſecundioris fortunæ tempore ſolutam euerſamque capiebat, noua hæc atque inſolens Præſulis electio accedebat, quam publici iuris conuulſionem atque oppreſſionem interpretabatur. Quin ipſe quoque prouinciæ Præfectus rationes conquirebat, quibus temporis atrocitati obſequi, & eum malo aliquo poſſet mulctare: ne

Iulianus aduerſatur electo.

Præfectus prouinciæ cupit reſcindi electionem.

erga

erga eum quidem alioqui amicè, ac beneuolè affectus; ſed, quia aduerſas in Repub. partes tuebatur, inimicè atque infensè. Quocirca eos à quibus electus fuerat, velut accuſatores illius futuros per litteras acceſebat, non iam leniter, & remiſsè, ſed minis etiam quibuſdam additis, tamquàm hoc Imperator flagitaret.

34 *a* Cùm igitur pater de ea re epiſtolam accepiſſet, ſine vllo metu, ac cunctatione vlla reſponſum huiuſmodi dedit: ex quo animaduertere licet, quæ in eo animi libertas fuerit, quò ve ſpiritu acta. Nos, inquit, optimè Præfecte, rerum omnium quæ geruntur, cenſorem vnum, ac Regem habemus, qui nunc armis oppugnatur. Is, & præſentem electionem expendet, quam nos ritè, ac legitimè, atque ex ipſius voluntate fecimus. Vobis autem tametſi vim afferre, ſi ita tulerit animus, in procliui ſit; id tamen numquàm extorquebitis, quin ea quæ facta ſunt, vt rectè iuſtèque facta patrocinio noſtro defendamus: niſi hanc vobis legem promulgare libeat; quibus ne limis quidem oculis res noſtras aſpicere fas eſt. *b* Hanc Epiſtolam Præfectus ipſe, tametſi ad breue aliquod tempus ſtomachatus, mirificè ſuſpexit: quemadmodùm ex multis intellectum

a *Gregorius magna libertate reſcribit, ad laicos iſta non pertinere.*

b

Reprimitur Imperator & Præfectus. ctum est, qui res illius perspectissimas habebant. Atque hoc, & Imperatoris repressit impetum, & ciuitatem periculo, atque adeò nos dedecore atque infamia liberauit. Hoc ciuitatis exiguæ cathedręque summissioris Episcopus præstitit. An non autem principatum ita tenere multò melius, ac præclarius est, quàm è sublimioribus thronis declamare, ac rebus potiùs quàm nominibus superiorem esse?

a *A Prælatis constanter defendenda aduersus potestates sæculares immunitas Ecclesiastica.*

Spiritualium iudicium non ad rectores sæculares, sed ecclesiasticos spectat [*Acriter monuit Apost. ad Corint.* 1. 6.] Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos &c.

In electione ecclesiastica vt Prælati &c. nulla permittenda pars potestatibus sæcularibus.

b *Præsulem constantem potestates sæculares reuerentur.*

35 Iam quod in illius rebus gestis ordine quidem postremum, vitamen, & facultate primum, & maximum, quis est tam ab orbe nostro remotus, vt nesciat? Rursus eadem ciuitas eamdem ob causam seditione laborabat, eo nimirum, qui honesta, & egre-

& egregia vi ad Episcopatum pertra- *Moritur* ctus fuerat, celeri morte abrepto, at- *Eusebius.* que ad Deum, cuius causa in persecutionibus fortiter strenueque decertarat, profecto. Atque ea seditio quantò acrior, & feruentior, tantò etiam stultior, & absurdior erat). Non enim obscurum erat, quis præcelleret (quemadmodùm nec inter sidera Solis præstantia ignota est) sed perquàm clarum, ac perspicuum, cùm alijs omnibus, tum eximiæ præsertim, ac purissimæ populi parti, hoc est, & sacris ministris, & nostris Nazaræis, quibus vel solis, vel potissimùm illis electiones istas committi oportebat (sic enim numquam Ecclesijs male esset) ac non ijs, qui opibus, ac potentia florent, aut stultæ, ac temerariæ plebi, plebisque adeò ipsius vilissimo, & contemptissimo cuique. Nunc verò parum abest, quin ciuiles magistratus meliore ordine, ac disciplina regi existimem, quàm nostros, qui diuinæ gratiæ ascribuntur; atque huiusmodi res meliùs timore, quàm ratione administrari. Nam nisi ita esset, quis modò sanæ, atque integræ mentis te relicto ad alium se contulisset, diuine vir, & sacrosancte; te, inquam, in manibus *De electione Basilij contentio.* Domini depicto, matrimonij experte, nihil possidente, carne propemodum

dùm, & sanguine vacuo; te, inquam, doctrina, & verbis post Verbum inter philosophos sapiente, inter mundanos cælesti, sodali, inquam, ac socio meo, dimidiaque (audaciùs hoc dicam) animæ meæ parte, ac mecum, & vitæ, & doctrinæ communione coniuncto. Vellem mihi te apud alios libera oratione describere liceret, ac non coràm ista te præsente perpenderentur, necesse vt habeam quamplurima parcè laudare, ne in assentationis suspicionem incurram. Verùm vt eò, vnde oratio digressa est, redeam. Spiritus quidem hominem suum norat (quidni enim nosset?) ceterùm obsistebat inuidia; quorum autem, dicere me pudet, atque vtinam nec ex aliorum sermone, qui res nostras comica dicacitate sedulò insectantur, eorum nomen audire liceret.

36 Sed hæc, vt fluuij petras eas quas in medio fluxu ostendunt, prætereamus, atque obliuione digna silentio tegamus: ad eaque quæ deinceps sequuntur, progrediamur. Probè sciebat vir spiritualis, quæ Spiritus erant: ob eamque causam demissos omnes, & abiectos affectus submouendos esse iudicabat, nec coitionibus anticipatisque opinionibus certandum, nec plus gratiæ, quàm

Deo

Deo tribuendum: sed vnam tantùm Ecclesiæ vtilitatem communemque omnium salutem ob oculos ponendam. Ac proinde litteras scribebat, monebat, populum conciliabat, Sacerdotes cùm alios, tum eos qui sacro munere fungebantur, obtestabatur, decernebat, etiam tum absens suffragium ferebat, canicie fretus in alienis quasi in suis auctoritate vtebatur. Denique quoniam electionem legitimam, ac regularem esse oportebat, cùm vnus ex eorum numero, qui Pontificem nominarent, desideraretur, *a* è lectulo se abstrahit, homo iam & senectute, & morbo fractus, atque ad vrbem iuueni animi vigore contendit, vel potiùs emortuo corpore, ac paulùm spirante defertur, magnificæ parentationis instar hanc sedulitatem sibi fore persuadens, etiam si quid ipsi humanitus accidisset. Atque hic quoque miraculum contigit, minimè dubiam fidem faciens. Labore corroboratur, alacritate vegetatur, negotium administrat, ad conflictum se parat, in throno Archiepiscopum collocat, domumque tandem reducitur, non iam vehiculo tamquam sepulchro, sed tamquam arca diuina vsus.

Fortiter eam suadet Gregorius.

a *Ad eam æger aduolat.*

Conualescit.

a *Publica vrgente necessitate Ecclesiæ, neque commodis indulgendum, neque*

vitæ

vita parcendum | *Sint pro exemplo in veteri testamento, Macabei, in nouo Apostoli.*

37 Quo etiam in munere lenitatis illius, *a* de cuius laude haud pridem verba facere desij, luculentius argumentum edit. Cùm enim ipsius collegæ contentionis, in qua victi fuerant, ignominiam, senisque omnibus in rebus auctoritatem & principatum grauissimè ferrent, ob idquè ipsi infensi essent, conuicijsque eum incesserent, eos quoque tolerantia sua fregit ac superauit, maximum auxilium sibi in animi facilitate & humanitate positum reperiens, atque in eo, quòd maledictis lacessitus maledicta non regerebat. Quid enim grauè esset, si cùm rebus superior fuisset, lingua se vinci pateretur? Quamobrem sic eorum animos lenitate sua cepit, ascito præsertim in sententiæ suæ auxilium tempore, vt irâ in admirationem cõuersa ad eum ipsi excusatum venirent, genibus aduoluerentur, pudore ob ea quę priùs admiserant suffunderentur, abiectisque odijs eo Patriarcha, Legislatore, & iudice vterentur.

Mansuetudine iratos mitigat & sibi conciliat.

a *Maligni & offensores lenitate vincuntur, & fiunt beneuoli* | *docuit Apost. Rom.* 12.20. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.

Noli

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Verba aspera & contumeliosa leniter patienterque toleranda, non autem similibus compensanda* | *Hoc est illud monitum Prou.26.* Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, *quod benè exequebatur Apost. 1.Cor.4.* Maledicimur, & benedicimus.

38 Haud disparis zeli ea illius cōtentio fuit, qua se hæreticis opposuit, cùm impij cum Imperatoris copijs suffulti expeditionem aduersus nos susceperunt, vt nos quoque in potestatem accepturi alijsque adiuncturi, iam fermè omnibus in seruitutem redactis. Nam hic quoque non paruo nobis adiumento fuit, tum per se ipse, tum per nos etiam fortasse, quos velut non ignauos, ac degeneres catulos in illos, tamquàm in sæuissimas bestias immittebat, ad pietatem nimirum exercens. *a* Vnum habeo quod vtrique succenseam (ac peto à vobis ne meam hanc dicendi libertatē ægrè molesteque feratis: expromam enim animi dolorem, etiamsi grauis hic sermo futurus sit) quòd me huius vitæ malis offensum, ac solitudinem adamantem, vt haud scio an quisquam nostri sæculi, communemque hunc turbinem, & puluerem omni celeritate vitare, salutemque meam in tuto collocare obnixo stu-

Hæreticis se opponit.

a *Filium Sasimensi Ecclesiæ præficit.*

dio contendentem, nescio quo modo in hoc permolestum, & insidiosum animarum forum per speciosum Sacerdotij nomen intulistis. Qua ex re multas calamitates partim iam subij, partim expecto. Nam qui mali aliquid iam perpessus est, vix induci potest, vt sibi melius aliquando fore speret, etiam si aliud persuadeat ratio meliora suggerens.

a *Solitudo & status humilis adamandus, magis quam prælatura, & vita curis implicita | ibi enim lætatur anima, ibi suaues audit dilecti voces Osee 2. 14.* Ecce ego lactabo eam & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

Ministerij sacri tempore, morbi dolores non sentit.

39 Sed ne illud quidem præterierim, quòd cùm in omnibus rebus fortem, & tolerantem animum sublimioremque, quàm vt corporis integumento cederet, præstitisset: tum verò postremo morbo, qui eum simul cum senectute adoriebatur, eoque diuturno, & periculoso laborans, illud quidem cum alijs hominibus commune habuit, quòd ægrotaret, hoc autem non ita commune, sed admodùm peculiare alijsque miraculis congruens, & consentaneum. Nam cùm quotidie, ac frequenter quoque quauis die, interdumque etiam hora dolore comprimeretur, solo ministerij sacri tempore confirmabatur, do-

lorque

que succedebat, quasi iussu, & im-
o fugatus.

Cùm autem centum fermè
os vixisset, fines vtique tempori Psal.89.
to à Dauide constitutos præter- v.10.
sus, ex ijsque in Episcopatu quin- Moritur
, & quadraginta, quod ferè hu- ferè 100.
æ vitæ spatium est, exegisset: ita annorum
ium in bona senectute diem ex- 45. Episcop.
num claudit. Quonam modo? In
ionis verbis, ac gestibus, nullo
j vestigio, plurimis virtutum
mplis relictis. Atque eo nomine
or, quàm hominis conditio ferrè
atur, ipsius veneratio in omnium
nis mentibusque versatur: nec
lè quisquam reperietur, qui illius
noriam animo recolens, non
m posita, sicut Scriptura loquitur, Iob 29.
u ad os suum, imaginationem v.9.
que ipsam amplectatur. Hic illi
cursus fuit: hic vitæ finis.

a Et quoniam liberalitatis ip- a
munificentiæque monimentum Magnificū
eris relinqui oportebat, quod Sasimis
tandem aliud potiùs conuenie templum
quàm hoc templum, quod Deo, ædificarat.
bis extruxit (populi quidem
tione nonnihil adiutus, multò
rem autem sumptuum partem è
mpendens) opus sanè memora-
ac prædicandum, magnitudine
ulta, pulchritudine cuncta pro-
pemodum

Descriptio templi.

pemodum antecellens? Nam, & octo æquilateris rectis in se occurrit: & columnarum, ac porticuum elegantia per laquearia in altum assurgit, & quidem eiusmodi picturis ornata, vt nec naturæ ipsi concedant. Quid quòd superno cæli splendore collustratur, vberrimisque lucis fontibus spectantium oculis irradiat, vt veræ lucis domicilium? Ad hæc eximiæ materiæ spatijs æquiangulis vtrimque positis plurimumque intermedij loci complectentibus cingitur: ac præterea portarum, & atriorum venustate prælucet, accedentesque procul inuitat. Nondum de externo ornatu loquor, de lapidum quadratorum atque in trinam coniunctionem aptatorum pulchritudine, & magnitudine: quorum alij marmorei sunt, nimirum qui in basibus, & capitibus, quibus anguli intercipiuntur, locati sunt, alij patrij quidem illi, non tamen exoticis inferiores. Nondum de varijs, & multiplicibus zonis, à fundamentis ad verticem vsque protensis, atque intextis, cuius ea est altitudo, vt spectatorem damno afficiat, visum circumscribens. Quonam modo tanti temporis opificium tantique laboris, & industriæ, tam breui sermone ob oculos ponerem? An hoc dixisse fuerit satis, quòd cùm

ceteræ

:eteræ ciuitates multis extructioni-
ıus publicis priuatisque decorentur,
æc vel sola nominis nostri famam
pud multos illustrare potuit? Ac tē-
lum quidem ad hunc modum se
abet. Quoniam autem Sacerdote
:iam opus erat, hunc quoque domi
:ceptum offert: templi magnificen-
a dignū necne, dicere haud queo,
d tamen offert. Quandoquidem
orrò victimæ quoque requirebant
ır, has insuper adiungit, nempe filij
flictiones, atque in rebus aduersis
tientiam: vt Deus ab eo rationale
olocaustum habeat, ac pro legali
ostia spiritualem victimam egregiè
ınsumptam.

a *Templa Dei decet magnificentia,*
ius studium specialiter spectat ad Pra-
'os,

42 Quid ais pater? Vtrùm ista
fficiunt, atque hanc vel prosecu-
cem, vel funebrem orationem, ita
cipis, quasi laborum eorum, quos
ıandis prouehendisque meis stu-
s suscepisti, fructum tuleris, ac pro
veteri more pacem orationi con-
lis, eique ne modum excedat tæ-
ımque pariat, finem imponis? An
litamentum quoddam, & corol-
um desideras? Sed finem haud
ite statuis: satis quippe longam
tionem habuimus. Hoc vero mi-
hi

hi bona tua venia adijcere liceat: Fac sciamus quæ tua sit gloria, quod lumen te circumstet: atque vxorem istam aliquanto post, & liberos, quos adhuc viuens funere extulisti, & me quoque nequaquam iam vltra, vel certè perexiguo tempore cum huius vitæ miserijs conflictatum, atque ante tabernacula illa hoc dulci tumulo suscipe, quem vtrique nostrum condidisti, videlicet hic quoque Sacerdotem tuum, & cognominem honore afficiens: veniamque tribue, siue quid dicendo prætermisimus, siue quid tua gratia assumptum minùs commodè tractauimus: ac denique cùm gregem vniuersum, & omnes Episcopos, quorum pater vocatus es, tum me prælertim paternè à te, & spiritualiter coactum guberna, ne tuam vim vsquequaque accusem.

Nazianzenus patrē iam defunctum inuocat.

43 At tu, quid censes, ô meorum sermonum actionumque iudex? Si hęc satis copiosè disseruimus, tuoque desiderio satisfecimus, calculum adde, & accipiemus (nam profectò calculum tuum calculum Dei interpretamur:) sin autem, & illius gloria, & tua expectatione longè inferiorem orationem habuimus; in promptu est, qui suppetias ferat. In illius laudes vocem tuam tempestiuę pluuiæ instar expectatam immitte.

Basilium iterum ad dicendum inuitat.

Ac

Ac sanè maximis te nominibus obnoxium habet, & vt pastor pastorem, & vt pater filium: quod ad gratiam attinet. Quid vero mirandum, si qui terrarum orbi per te intonuit, idem nunc fructum quoque aliquem ex tua voce percipiat?

44 Restat iam, vt cum spirituali Sara præclari nostri patris Abrahæ coniuge, & æquali funebrem sermonem habeamus. Non est, mater, eadem Dei hominumque natura, aut, vt in genere loquar, Superiorum, & eorum qui in terra versantur. Apud illos enim constans, & immortale est, tum hoc ipsum quò sunt, tum quæcunque ad illud pertinent. Quæ enim à rebus firmis, & certis oriuntur, eadem quoque firma, & solida esse necesse est. Res autem humanæ quo modo se habent? Labuntur, & intereunt, & aliam atque aliam subinde mutationem capiunt Vita quidem, & mors tametsi inter se plurimùm differre videantur, inter se tamen mutuo transmeant, vicissimque succedunt. Etenim vita ex corruptione parente nostra principium ducens, ac per corruptionem, hoc est perennem eius quod præsens est excessum, iter faciens, in corruptionem tandem, nimirum in huius vitæ finem desinit. a Mors contrà, quæ a

non modò nos à præsentibus malis vindicat, verùm ad supernam quoque vitam sæpè traducit, haud scio an propriè mors appellari queat, vtpotè nomine magis, quàm re formidabilis. Atque absurdè sanè, & præposterè affecti esse videmur, qui ea, quæ formidolosa non sunt, extimescamus, ea autem quæ metuenda sunt, vt meliora magisque expetenda
b da complectamur. *b* Vna vita est oculos ad vitam coniectos habere.
c *c* Vna mors, peccatum: animæ enim
d est interitus. *d* Cætera quibus nonnulli insolentiùs efferuntur, nocturna quædam visa sunt, veris rebus imposturam facientia, & fallacia animæ spectra. Hoc animo si fuerimus, mater, nec ob vitam nos magnoperè efferemus, nec morte nimiùm ange-
e mur. *e* An vero mali quidpiam nobis acciderit, si hinc ad veram vitam migrauerimus, si mutationibus, vertiginibus, satietatibus, ac turpi illa tributi pendendi necessitate liberati cum rebus certis, minimèque fragilibus futuri simus, parua lumina circum lumen illud magnum tripudiantes?

a *Mors potiùs optabilis, quàm formidabilis* | *tetigimus supra.*

b *Quæ vera vita?*

c *Quæ vera, & formidanda mors?* |

bene

benè igitur Saluator. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius &c. *Matt.* 10. 28.

d *Quæ sunt huius sæculi vana, & transitoria* | Præterit enim figura huius mundi, *ait Apost* 1. *Cor.*7.31 *Bona mors vita optabilior* | *De hac morte verè audio quod ait Sapiens*, Melior dies mortis die natiuitatis. *Eccli.*7.2.

e *Hæc vita plena miserijs:* | *Quod deplorauit Iob* 14. 1. | Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs.

45 At te ab eo seiunctam discruciaris? spes te oblectet. At acerba res est viduitas? audio, sed illi non acerba. Vbi porrò charitatis bonum erit, si faciliora nobis ipsis dantes, asperiora proximo tribuamus? Imò quid est omnino, quod tibi acerbum videri debeat iam iamque morituræ? Instat fatalis dies, diuturna non erit hæc molestia. Ne ignauis cogitationibus res leuissimas oneremus. Magnis rebus priuati sumus: at etiam consecuti fueramus. Atqui priuari omnium est, adipisci paucorum. Quare mentem nostram illud non deijciat, sed hoc potiùs consoletur: Æquum enim est meliora deterioribus cedere. Filiorum mortem adhuc florentium, & ad viuendum ido- *Matrem viduam cōsolatur.*

neorum fortissimè, & sapientissimè tulisti: fac etiam senilis corporis, iamque vita confecti (tametsi sensus integerrimos animæ vigor ipsi conseruarit) abiectionem feras. At deest,
a qui tui curam gerat. *a* An verò non tibi præstò est tuus hic Isaac, quem tibi omnium instar ille reliquit? Parua hæc ab eo postula, vt te manu fulciat, vt seruilia officia præstet:
b *b* maiora hęc repende, maternam
Benedictio materna. benedictionem, orationes, atque alterius ęui libertatem. Doles te admoneri? Id verò laudo; namque ipsa multos admonuisti, nimirum eos omnes, qui in tam longo vitę curriculo ad tuam sapientiam sese contulerunt. Quare ad te feminam in primis sapientem nihil hęc oratio pertinet: sit autem afflictis, & lugentibus communis solatij medicina, vt se mortales prosequi mortales intelligant.

a *Parentibus obsequendum quocumque vili famulatu, præsertim senibus, viduisque matribus.*

b *Magnificanda parentum benedictio.*] *iure igitur Esau. audiens benedictionem à Iacob sibi supplantantem*, Irrugijt clamore magno &c. *Gen.* 27. 34.

VITA

VITA
S. FVLGENTII
1. Ianuar.

à quodam eius Discipulo conscripta.

Ad Felicianum Episcopum.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 a OMnis noui Testamenti fidelissimus dispensator, in quo loquitur Christus, *sancte Pater Feliciane*, vt exemplo suo credendum sibi facilè persuadeat, operum bonorum curam maximam gerit, & quidquid alijs faciendum dicit, ipse primitus facit. Sine causa quippe nititur docere sapienter, nisi vixerit innocenter. *b* Duo igitur Ecclesiæ Catholicæ Doctoribus necessaria iudicantur: vita bona, & sana doctrina. Vita enim bona commendat sapienter docentem; doctrina sana ornat benè viuentem. Vita bona facit amabilem; doctrina sana laudabilem. Vita bona continuò creditur imitanda; doctrina sana numquam iudicatur esse repudianda. Vita bona tollit occasiones detrahentibus; doctrina sana resistit contradicentibus.

a

b *Doctoribus necessaria vita bona, & doctrina.*

1. Ianuar. a *Doctor Ecclesiasticus opere ostendere debet, quod docet sermone, & tunc efficax sermo* | Ideòque qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cœlorum. *Matt.* 5.19.

Item prius facere quà docere | *quem ordinem seruasse Christum Iesum, refert Lucas Act. Apost.* 1.1. Quæ cœpit Iesus facere, & docere. *& in Euang. cap.* 24. 19. *ex ore discipulorum peregrinantium in Emaus* De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone.

b *Doctori sacro duo necessaria vita bona, & doctrina.*

2. Propterea mihi diutissimè Beati Fulgentij Pontificis, tui scilicet prædecessoris, à quo simul nutriti sumus, & nomen & gratiam cogitanti, dum frequenter ante oculos cordis mei magister egregius versaretur, dolebam tanti viri solatio caruisse populos Africanos. Et quamuis ille gaudijs cælestibus oblectandus, ad meliora migrauerit, apud nos tamen modò similem deesse doctorem, sapientiæ eius benè conscius, suspirabam. *a* Dabatur sanè flebili recordationi quædam respiratio, quoties dulcissimos libros eius, aut epistolas, aut quos edidit populo præsente sermones, vel ego legebam, vel legentes alios audiebam. *b* Verumtamen in illis

Causa scriptionis.

a

b

illis præclaris opusculis ingenium viri sapientiamque posse cognosci, tacitus considerabam: cuius autem iustitiæ, probitatis, & misericordiæ fuerit, & quomodò laudabiliter vitam suam, quod tu benè nosti, cum familiaribus suis transegerit; sicut docuit viuens, scire plerosque non dubitabam, latere tamen plurimos sentiebam. In posterum verò ne obliuio longa conuersationis eius bona nesciret, semper & vehementiùs formidabam. Dixi ergo diu cogitans: Ecce fulget Beati Fulgentij doctrina, quoniam leguntur ab omnibus libri eius: quasi ipse loquitur, quando codex eius titulatus nomine; legitur: qui autem fiet, vt similiter nota sit omnibus vita eius bona? Quamdiu viuunt adhuc, qui nouerunt eum, vel à certissimis testibus aliquid de eius virtutibus audierunt, potest illi præsés memoria verum testimonium perhibere. Quid aget ventura progenies? Quid in transmarinis partibus longè constituta fidelium turba? Cùm peruenerint ad notitiā lectionis, in qua idem beatissimus Pontifex absens loquitur, & mortuus viuit; admirabuntur profectò sapientiam: vnde cognoscent innocentiam? Sicut ergo clara est eius doctrina, sic clarior fiat etiam vita. Loqoamur & 1. Ianuar.

1. Ianuar. narremus fratribus nostris, quomodò tantus Pontifex vixerit.

a *Lectio librorum scriptorumque Sanctorum magnopere spiritum recreat.* Dixerunt Macabæi 1 Macab. 12.9. Habentes solatio sanctos libros.

b *Magis tamen proficua lectio vitarum Sanctorum, quàm librorum eorum. Scribendæ vitæ Sanctorum ad aliorum vtilitatem.*

Auctor Fulgentij Discipulus.

3 Nec timendum est, ne minore facundia Sacerdotem, qui per vniuersas orbis Ecclesias magnum nomen obtinuit, ego faciam paruum. Cuiuslibet enim sit meriti oratio mea, nec augere poterit tanti viri merita, nec minuere: sed proficere tantummodò ad caritatis testimonium, in qua illi semper inhærere desiderans, salutiferis eius monitis ad suscipiendam Monachorum professionem conuersus, in illo paruissimo Monasterio, quod sibi apud Sardiniam pro Christi nomine relegatus effecerat, vbi iam tu presbyter * habitabas, diebus ac noctibus ante eum positus vixi: quando me super mel & fauum dulciora cælestis eius eloquij flumina frequēter rigabant, & nisi sterilitas arentis ingenij præpediret, centesimum fructum gleba nostri pectoris attulisset. Sed indignus ego, de tanta plenitudine vix exiguam

*Al. habitas.

exiguam capere valui portionem, 1 Ianuar.
Tuæ tamen paternitatis orationibus fretus, libelli præsentis laborem suscipere cogitaui: in quo omnia, quæ memoriter nobis audientibus ipse referebat, & illa insuper, quæ oculis nostris adspeximus, vt iam positi in doctrina illius, quemadmodum sint gesta, non ignoramus, breuiter explicabo: notam falsitatis incurrere nullatenus timens, cuncta quippe senisem tuam paternitatem minimè latent; nec tibi nunc aliqua quasi nescienti dicuntur, sed tuo potiùs testimonio confirmanda simpliciter digeruntur.

VITA.

CAPVT I.

B. Fulgentij ortus, institutio, munus in repub.

4 BEatus igitur, & verè Fulgentius, nobili secundùm carnem genere procreatus, parentes habuit ex numero Carthaginensium Senatorum. Auus denique eius nomine Gordianus, dum Rex * Gensericus memoratam Carthaginem victor inuadens, Senatores plurimos, imò cunctos, amissis omnibus bonis, ad Italiam nauigare compelleret, inter ceteros etiam ipse impositam pe- *Patria & genus Fulgentij.* * MS. *Rip. & Sur.* Hunericus.

1. Ianuarij regrinationem libenti voluntate suscepit, volens, saltem facultatibus perditis, non perdere libertatem. Post cuius obitum, duo ex filijs eius, spe recuperandæ hereditatis, Africanam prouinciam repetentes, manere iam intra Carthaginem minimè potuerunt, domo propria donata sacerdotibus Arianis. Sed possessionibus suis ex parte per auctoritam Regiam repetitis, ad * Byzacium perrexere. Ibique in Tellepte ciuitate vnus eorum, nomine Claudius ex coniuge nomine Mariana, Christiana scilicet, & honesta femina, istum, cui tanta gloria debebatur, feliciter genuit; eumque statim, quasi præscius, qualis esset futurus, Fulgentium nominauit.

Auus exul.

* MS. *Rip.* Bizicum; *alij* Bizantium; *alij* Bithyniā.

Parentes. Quem religiosa mater moriente celeriter patre, Græcis litteris imbuendum primitus dedit, & quamdiu totum simul Homerum memoriter reddidisset, Menandri quoque multa percurreret, nihil de Latinis permisit litteris edoceri: volens eum peregrinæ linguæ teneris adhuc annis percipere notionem, quo facilius posset, victurus inter Afros, locutionem, Græcam, sernatis adspirationibus, tamquàm vbi nutritus exprimere. Nec fefellit matrem piam cauta prouisio. Sic enim, quoties ei loqui Græcè placebat, post longam

Litteris eruditur, Græcis tũ Latinis.

gam desuetudinem locutionis eius & lectionis, non inconditis sonis verba proferebat, ut quasi quotidie inter Græcos habitare putaretur. Litterarum proinde Græcarum præcepta scientia, Latinis litteris, quas magistri ludi docere consueuerunt, in domo edoctus, artis etiam Grammaticæ traditur auditorio, magnitudine ingenij cuncta sibi tradita memoriter & veraciter retinens. Vnde tamen, domesticorum negotiorum cogente necessitate, citò sublatus, paternæ domus gubernationem suscepit adolescens; ita se maternis imperijs subdens, vt ibi quoque Christi exsisteret imitator, de quo sacra Euangelia contestantur: *Et erat subditus illis*, idest, parentibus. Gaudebat venerabilis mater, & præclara indole sapientis filij mœrorem viri amissi consolabatur. Cœperat in illa familia esse, qui amicis obsequium beneuolus redderet, inimicos rationabiliter repelleret, seruos mansuetus & seuerus regeret atque corrigeret, patrimonium diligens coleret, sublimioribus potestatibus carissimus fieret. Cuius rei gratia, crescente per singulos dies fama eius, repentè Procurator ordinatur, hinc initium sumens imperandi, & consulendi, ac gubernandi quàm plurimos.

1. Ianuar. — *Paternam domum administrat.* — Luc. 2. — *Fit Procurator.*

1. Ianuar.

CAPVT II.

Mundi tædium, ac religiosæ vitæ desiderium ei injicitur.

5 ACcepta tamen hac potestate dum clementer vtitur, & neminem lædere pro ingenita sibi bonitate desiderat, atque in exigendis pensionibus crudelitatem iubetur exercere, cœpit sæcularium negotiorum grauis apparere sarcina, & displicere felicitas vana; paulatimque laudabili patientia succedente, cœpit vitæ spiritualis amor exurgere, desiderium lectionis, insuper & orationis indefessum crescere studium.

Tædet eum rerum mũdi.

a *a* Monasteriorũ proinde suauissimos greges frequentiùs visitans, seruorum Dei mores propositumque discebat.

b *b* Inter abstinentes nulla esse gaudia sæculi, sed nulla etiam esse tædia sentiebat. In summa abstinentia viuentes videbat neminem calumniatorem timere, sed se inuicem diligere. Considerabat etiã multos adolescentes perpetuæ continentiæ deditos, ab omni posse abstinere concubitu. Talibus apud semetipsum cogitationibus fluctuabat, atque in hæc verba prorumpens, Cur obsecro, aiebat, sine spe futurorum bonorum laboramus in sæculo? quid nobis aliquando præstare poterit mundus? Si gaudere

Monachos frequẽtat.

dere desideramus, licèt melius sit benè flere, quàm malè gaudere; quantò melius tamen gaudent, quorum sic in Deum tranquilla est conscientia, quos minimè terret exactoris improbi violentia qui, nihil timent nisi peccata, nihil agunt nisi vnde possint diuina implere mandata? Non fatigantur publicis excursibus, non damna rei familiaris coguntur aut flere miserabiliter, aut timere deformiter. Operantes manibus suis, non aduersantur vtilitatibus alienis. Viuunt inter se pacifici, sobrij, mites, humiles atque concordes. Nulla illis cura libidinis; imò magna sollicitudo & iugis custodia castitatis. Imitemur tam laudabiles viros: arripiamus hanc benè viuendi constantiam. *c* Sit nobis vtile, quòd gratia Dei reuelante meruimus meliora cognoscere. *d* Abijciamus pristinos mores, & mutemus labores. Nitebamur priùs inter amicos nobiles apparere nobiliores; nitamur modò inter seruos Dei pauperes effici pauperiores. Si coacti sumus exigere debitores, conemur modò conuertere peccatores. Solet etiam de publicis exactoribus efficere Christus Dominus noster magistros Ecclesiæ. *e* De telonio enim vocatus est Matthæus, vt Apostolus fieret.

1. Ianuar.

Statuit imitari.

c

d

e Matth. 9.

1. Ianuar. fieret. Neque nos huic honori personam conuenire credimus nostram: sed si ille deposito officio exactionis, accepit officium prædicationis; mihi non licebit post depositam procurationem, pœnitentis assumere lamentationem? Refugium nostrum Deus

f est: *f* nulla de ætatis imbecillitate nascatur excusatio. Potens est quippe Deus, qui dat continentiam tantis adolescentibus, quos videmus in Monasterijs viuere, mihi quoque peccatori similem gratiam donare.

a *Conuersatio iustorum frequentanda, quia ad imitationem prouocat | & hoc est illud Dauidicum Psal* 17. 26. Cum sancto sanctus eris. *Saul ne obliuiscamini, & nuntiorum eius cum prophetis prophetantium.* 1 *Reg.* 19. 20.

Item Monasteria, & sacræ Ædes, vbi bona conspiciuntur exempla habitantium in illis.

b *Vita spiritualis & religiosa fælicior sæculari | hoc philosophasse mihi semper visus est Dauid in Psal.* 83. 11. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

c *Correspondendum vocationibus inspirationibus, & illuminationibus diuinis | ne audiantur voces illæ terribiles Prou.* 1. 24. Quia vocaui, & renuistis, extendi

extendi manum meam, & non fuit, 1. Ianuar.
qui aspiceret &c. Ego quoque in interitu vestro ridebo &c.

d *Quæ vera conuersio à sæculo, & quæ studia post conuersionem? Hæc mihi videtur mens Apostoli scribentis ad Rom cap. 6. 19.* Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

e *Sancti modulo saltem nostro imitandi. Quod toties hortauit Apost. scribens 1. ad Cor. 4. & 11. & ad Philipp.* 3. 17. Imitatores mei estote.

f *Ætas furorque iuuentutis neminem excusat, quin Domino seruiat in castitate.*

CAPVT III.

Præexercitatio vitæ Monasticæ in sæculo.

6 POst hæc verba, diutiùs in suo a
a pectore ruminata, decreuit, *Præparat*
sancto Spiritu reuelante, sæcularibus *se ad vitā*
omnino renuntiare delicijs, & illius *Monasticam.*
vitæ socius fieri, quam laudabat
Priùs tamen cogitans, ne subita mutatio mentem simul corpusque perturbans, inter ipsa conuersionis initia grauissimum sibi vel impedimentum, vel scādalum gigneret, occultè arripuit

1. Ianuar. arripuit rara exercere ieiunia: dehinc paullulum progrediens, antiquorum sodalium tentabat vitare consortia: segregatus frequenter à turbis, in possessione propria, nescientibus omnibus, parentibus & clientibus, quasi propter actionis laborem tristis sedebat, & ibi orabat, legebat, ieiunabat, epularumque immoderatam copiam minuebat, ad balneas penitùs non accedens. Et sub ipsa adhuc professione laici, plenè iam Monachus conuersabatur.

a *Qui vult institutum aggredi religiosum prssertim austerum, debet paulatim assuescere eius incommodis, & afflictionibus | & hæc mihi videtur prudentia volentis turrim ædificare: hæc cogitatio quam facit sedens, an habeat sumptus ad perficiendum, quam commendat parabolicus ille sermo Saluatoris Luc.* 14. 28.

a 7 *a* Stupebant omnes, qui nouerant eum, & tam delicati viri mirabilem parsimoniam, causamque mutationis huius interpretabantur ex angustia natā pusillanimitatis. Apud illum verò per singulos dies amor sanctæ professionis, & mortificationis impensior cura crescebat. *b* Aliquando igitur, vbi omnia, quæ sibi dura videbantur, expertus, adiutorio gratiæ spiritalis, voluntati suæ

sensit

sensit suppetere facultatem, Beati Augustini, exponentis tricesimum sextum psalmum, * disputatione commonitus & compunctus, publicare suum statuit votum, mutare gestiens habitum: ne vel amicabiliter ad se venientes pati cogeretur, cum quibus diu sæculariter vixerat. c Cogitabat autem vir prudentissimus, conuersionem sui cordis sibi soli vtilem futuram, si latere potuisset: a publicatam verò, multis alijs exemplum bonum dimittendi peccata pristina præstaturam. Quis enim mediocris aut pauper fieri Monachus erubesceret, dum Fulgentium videret, * genuini fastus arrogantia recedente, duras abstinentiæ vias, patientiæ gressibus ambulantem.

1. Ianuar.

** al.* disputationi coniunctus.

c

Lectione librorum B. Augustini impellitur vt propositum manifestet.

** al.* Geminí.

a *Conuersio hominis ad Deum, eique deditio sui, sæpè apud sæculares pusillanimitas æstimatur.* | *Quemadmodum aiebãt illi Sap.* 5. 4. Vitam illorum æstimabamus insaniam.

b *Lectio sacrorum librorum quàm vtilis* | *patet* 2. *Esdr. cap.* 8. 9. Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis, *quæ publicè regebat Esdras ex libro Moysis.*

c *Bona opera quandoque publicè facienda ad ædificationem aliorum* | *quod apertè docuit Saluator Matt.* 5. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus,

1. Iannar. vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cœlis est.

CAPVT IV.

Religionis ingressus.

8 FVit autem tunc temporis Episcopus quidam laudabiliter prædicandus, nomine Faustus, qui pro fide Catholica non longè à cathedra sua iussus fuerat relegari. De multis enim Sacerdotibus hoc Hunerici tyranni persecutoris astuta malignitas ordinauerat, vt iuxta patriam ptopriam peregrinationis incommodum sustinentes ad negandum Deum facilè flecterentur. In eodem proinde loco, vbi relegatus tenebatur, Monasterium sibi construxerat: in quo spiritualiter viuens, apud omnes Christianos honorabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius, quippe ei notissimus, alacriter venit, eique votum cordis sui fideliter indicauit. *a* Ille autē sciens sæcularem omnino iuuenem, verebatur talia credere pollicenti, dicens ei: Quare fili mentiris, vt seruos Dei fallere delecteris? Tune eris Monachus, aut antiquam deliciarum tuarum consuetudinem sic repentè mutabis, vt escarum vilium negligentior

Faustum Episcopum exulem adit.

a

tior apparatus, & vestium sordidarum tuum animum non offendat abiectio? Prius est, vt sis saltem laicus minus deliciosus: & tunc forsitan credibile putabo, quòd renunciare sæculo aut velis, aut valeas. Ad hæc ille iuuenis magis ac magis inflammatus, repellentis manum suppliciter osculatus, sic oculis in terram depositis precabatur: *b* Potens est, Domine pater, dare volenti facultatem, qui nolenti tribuit voluntatem. Permitte me tantum tuis inhærere vestigijs: aperi mihi ianuā Monasterij: præbe sanctæ ædificationis adiutorium: fac me vnum de discipulis tuis: & Deus nouit, quomodo me liberet ab iniquitatibus meis. — *1. Ianuar.* — b

a Petentes ingressum religionis, præsertim delicijs assueti, non facile admittendi nisi probati.

b *Inspirati ad bonum confidere debent in Domino, quod daturus sit eis facultatem ad perficiendum.*

9 Hæc audiens beatissimus senex, grauissimum putauit, supplicantem diutius spernere; tandemque flexus ad consentiendum, Mane, inquit, nobiscum fili, sicut vis. Experiamur paucis diebus, vtrum verbis facta concordent. Vtinam superfluus sit timor meus, & professio tua inueniatur stabilis. Postquam ergo suppli- — *Ægrè ab eo admittitur.*

canti

1. Ianuar. canti consensum præbuit S. Faustus Episcopus, sonuit illicò per affines & notos, Fulgentium Monachum factum. Gratulabantur boni, confundebantur mali. Quosdam faciebat vita eius transacta in delicijs desperare; quosdam singularis ingenij notissima scientia, magnum aliquid suadebat de profectu eius velociter sperare. Quidam verò familiares eius, quibus ab infantia carissimus amicus & fidelissimus fuerat, eum

Alij eum imitantur. imitari cupientes, ipsi quoque sæculum contempserunt, & se Monasteriorum gregibus mortificata voluntate iunxerunt.

CAPVT V.

Prima eius constantia à materno dolore probatio.

10 Audit hoc mater, referentibus multis, ad consortia monachorum fugisse Fulgentium, totiusque domus regendæ atque gubernandæ curam penitùs dimisisse, nec omnino iam posse de tali proposito reuocari. *a* Turbatur, expauescit, & amoris nimij desiderio concitante, quasi iam Fulgentius moreretur (quamuis benè moreretur, qui sic moriebatur) cælum nimijs lamentationibus pulsat; & sicut solent ma-

Mater turbata venit ad Monasterium.

a

tres.

tres in funeribus filiorum, modum 1. Ianuar.
nescit habere a lacrymarum. Rapitur inconsideratis cursibus ad Monasterium furibunda, contumelijs & conuicijs S. Faustum nihil dubitans aggreditur: Redde, inquiens, filium matri, redde dominum seruis. Sacerdotes semper beneficia multa viduis præstant, quare nunc domus viduæ per te perit? Cui patienter respondit Episcopus: Si tu mihi filium tulisses, ego te, mulier, deberem, quantum dolor imperaret, arguere: modò tu mihi iustè contumeliam facis, quia ego tibi filium abstuli. Quando enim tibi displicet, quia seruiturus est Christo, benè facis contumelias inferre Fausto b Sub b
his etiam sermonibus æquanimiter *Faustus ei* tolerans, & affabiliter arridens vt *filij videndi* dendi saltem filium nullam prorsus *di copiam* dat licentiam. *negat.* Illa sciens, quantum diligeretur a filio, magnis ante ianuam Monasterij clamoribus eiulabat, & Fulgentij nomen frequentiùs inclamans, desolationem suam miserabiliter allegabat.

a *Stultè dolent parentes super filios Deo se datos in religione.*

b *Parentibus deneganda facultas videndi filios tyrones in religione, qui eos animo venerint retrahendi.*

11 Hæc prima Beatum Fulgentium tentatio

1. Januar. *Fulgentij constantia.* tentatio multis viribus impulit, dum suam genitricem, quam semper amauerat, cui maxima deuotione seruierat, audiret auribus suis flere. c Sursum tamen corde positus, audiebat, & non audiebat, nec illius preces aduertere dignum putabat, quia pietatem solitam religiosa crudelitate vincebat. Ibi iam futuræ patientiæ in laboribus multis exemplum fidelissimum præbebat, & similis ebrio per spiritalem gratiam factus, vtrùm mater esset, quodammodo ignorabat. Hic eum Beatus Faustus Episcopus ex toto corde conuersum primitus approbauit, & cum gaudio cæteris fratribus dixit: Facilè poterit hic iuuenis tolerare quemcumque imposuerimus laborem, qui potest maternum despicere iam dolorem. Illa mater dum se plangere sæpiùs, nec ad se plangere sæpiùs, nec ad se filium prodire cognosceret, in eodē loco eum iam non esse credebat: quia si ibi esset, non ferre posse dolorem matris, adhuc virtutis eius nescia, putabat. Sæpè ergo iens ac rediens, & Episcopo molestias, & filio plurimas afferebat insidias, donec tædio victa, propriam reuerteretur ad domum.

c *Contemnendus parentum, & affinitatis affectu, pro Christi famulatu in statu religioso* | *hoc est illud Saluatoris*

Matt.

Matt. 10. 34. Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam &c. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. 1. Ianuar.

CAPVT VI.

Eius abstinentia.

12 *a* BEatus ergo Fulgentius supra * humanum modum laboribus se abstinentiæ cruciabat, sine vino & oleo manducans & bibens, sic parcè & tenuiter, vt inediæ magnitudo siccatam corporis cutem fatiscere diuersis vlceribus cogeret, ac superducta, quam dicunt impetigine delicati corporis pulchritudo fœdaretur. *b* Putabant plurimi, tunc beatum Fulgentium sub occasione ipsius infirmitatis, aut recessurum simul à proposito sanctitatis, aut reddendum deinceps tepidum, ne vel regulæ communis parsimoniam custodiret. Ille verò contra spem omnium, misericordiæ Dei præuenientis auxilio gubernatus, ex infirmitate corporis ampliores vires animi capiebat; & tantò abstinentior, quantò debilior, de salute perpetua iugiter cogitabat, salutem verò corporis arbitrio Domini committebat, hoc ple-

*al. credibilem. MS Rip. incredibilē.

Ægrotat ob nimiam abstinentiam.

b

In ea tamē persistit.

1. Ianuar. pierisque dicens: Scimus omnes ex epulis vitam solere seruari, non sanitatem posse conferri. *c* Nam vt sanetur infirmitas, si explenda videtur gulæ cupiditas; quare infirmantur etiam illi, qui conuiuijs lautioribus quotidie saginantur? Tolerabat ergo infirmitatem patienter, exercebat abstinentiam satis humiliter. *d* Paruum namque putans omne quod faciebat, de die in diem melior fieri gestiebat. Hoc propositum cordis eius miserator, & misericors Deus adiutorio superni iuuaminis fulciẽs, velociter ei corporalem restituit salutem.

Conualescit.

a *Initio vitæ spiritualis, virtus abstinentiæ studiosè sectanda.*

Discretè tamen, ne corpus infirmetur.

b *At si quis nimia austeritate, & indiscreto rigore infirmauerit, patienter ferre debet nec occasione infirmitatis multum illi blandiri.*

c *Non indulgendum gulæ specie infirmæ valetudinis.*

d *In vita spirituali non standum sed ad maiora tendendum præterita contemnendo quod se agere testabatur Apost. ad Philipp.* 3. 14. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum.

CAPVT

CAPVT VII.

Bonorum abdicatio.

13 TVnc animus viri sapientis altiori pietate commotus, cùm tota mente mundum sibi crucifigeret, & ipse mundo crucifixus, iter rectum à iuuentute sua, sicut scriptum est, ambularet: portionem substantiæ propriæ, quamuis haberet fratrem iuniorem, nomine claudium, per donationem soli contulit matri; *a* vt a matre postmodùm, si benè seruijsset, donaretur, & fratri. Sic salubri consilio superbiam iunioris fratris edomare desiderans, vt qui esse nolebat humilis propter pietatem, disceret humilis esse propter hereditatem; mater quoque sanctissima post discessum dulcissimi filij, cuius iam non poterat obsequio lætificari, eius meruisset beneficio consolari. Quantas ibi tunc vniuersi laudes, & gratias Domino retulerunt, cùm viderem beatum Fulgentium sæculari cupiditate calcata, rebus, quas distrahere, & donare pauperibus non poterat, ne offenderet bonam matrem renuntiasse penitùs, vt Christum inuenire mereretur doctorem? Finita iam fuerant cuncta, quæ eum in con-

Bona sua matri donat, non fratri; Et quare.

Thren. 3. v. 27.

a

1. Ianuar. uersionis primordio videbantur affligere.

a *Parentes reuerentia, & beneficijs, à filijs honorandi.*

CAPVT VIII.

Abbas creatur.

Noua persecutio sub Hunerico. 14 Sed quia hæc vita numquàm potest sine suis tentationibus præterire, nascitur rursus talis persecutio fidei, vt sanctæ memoriæ Faustum Episcopum cogeret per diuersas latebras commigrare: nec in ipso Monasterio iugiter fineret quiescere. Tunc beatus Fulgentius timens, aut in illo loco solus remanere, aut de loco in locum frequentiùs transmigrare, consulto priùs Episcopo Fausto, vicinum Monasterium petijt, vbi paucis, & simplicibus fratribus Felix nomine Abbas præerat, amicus eius ab adolescentia, cum quo semper etiam laicus familiariter vixerat.

a *a* Tunc igitur eum Felix Abbas cum gaudio suscipiens, imparemque se eius virtutibus sciens, & nomen, & potestatem ei tradidit Abbatis. Ille plenus studio humilitatis, * recusabat priuilegium potestatis. Et post multa certamina pietatis, ex consensu totius congregationis, passus violentiam caritatis, vix consentit esse collega

It ad aliud Monasterium.

* MS. *Rip.* excusat.

collega boni consortis. Ita duo viri 1. Ianuar.
sanctissimi diligentes æqualiter Deū,
& proximum; ambo moribus simi-
les, ambo meliores proposito, con-
uersatione æquales, vnus scientia su-
perior, iugum bonum gubernandæ
congregationis excipiunt. O quàm *Fit Abbas*
felix fetuorum Dei numerus fuit, qui- *cum Feli-*
bus cœperat præesse Fulgentius! O *ce.*
quantùm fulgebat illud Monasteriū,
cui dispensator permanserat Felix!
Dabāt sibi mutuis nominibus etiam
ipsi non minoris laudis auspicium;
Felix vocabatur Fulgentius, viam
Domini currens, & fama crescente
Fulgentij, capiebat fructum sui cul-
minis Felix. Vnus tamen eorum, Bea-
tus videlicet Fulgentius, docendis
fratribus peculiariter vacabat; alter
in quotidiano ministerio sollicitiùs
laborabat. Superuenientibus fratri-
bus vnus Verbum Dei singulariter
prædicabat, alter hospitalitatem di-
ligenter præparabat, & hilariter offe-
rebat. Nihil alter sine consensu alte-
rius faciens; sed sic ambo cæteris
erant imperantes, vt sub vnius se
regula crederent constitutos. Ita
dum timebat Fulgentium offendere
Felix, Felicemque Fulgentius, mor-
tificatis voluntatibus proprijs vter-
que viuebat, & de fratrum, quibus
consulebant, vtilitate laudabiles. &

1. Ianuar. de mutuà, quam sibi reddebant, inuicem, subiectione sublimes. Quis istius affectus explicare possit loquendo virtutem? Quos quieta pax adunauerat, nec bella valuerunt feralia separare.

a *Humilitatis exemplum contra ambitiosos alijs imperandi.*

Maioribus non solum ætate sed virtute cedendum.

CAPVT IX.

Persecutio. Fuga, Insidiæ à Presbytero Ariano.

Fugit cum suis. 15 SEd cùm subitò barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incursu, videntes salutem temporalem fugæ præsidio vendicandam, labores illicò perferendæ peregrinationis excipiunt, limatoque consilio procul abscedunt, vbi nulla belli nascentis opinio, construendi Monasterij prębeberet integram facultatem. Promouent igitur castra spiritalia duces inclyti cælestis exercitus, & per ignotas Africę regiones, Monachorum suorum caterua comitante, pariter gradiuntur, vbique facientes gaudium bonis, inuidiam malis.

Felix Presbyter Arianus Fulgētio insidiatur. 16 In territorio denique Siccensi, dum cogitant certas sedes statuere, regionis fœcunditate delectati, viroram

virorum etiam fidelium fauore su- 1. Ianuar.
scepti; Presbyter quidam sectæ Aria-
næ in fundo Gabardilla perfidiam
prædicans: cui nomen quidem inter
homines Felix, sed voluntas aduer-
sus Deum semper infelix, natione
Barbarus, moribus sæuus, facultati-
bus potens, Catholicorum persecu-
tor acerrimus. Hic Beati Fulgentij
nomen in illis regionibus clarum fie-
ri sentiens, reconciliandos occultè
multos, quos deceperat, suspicatur.
Neque virum dignum Sacerdotio,
vere adhuc esse Monachum credidit,
sed eum sub habitu Monachi Sacer-
dotis officium putat implere. Et re-
uerà Sacerdotis officium laudabili-
ter etiam tunc implebat, non aliquã-
tos reconciliando, sed omnes, quos
attingere poterat, ad reconciliatio-
nem salutaribus monitis inuitando:
cuius sermo dulcis, & rectus, quia
dura quoque corda molliebat, nec
immeritò hunc Presbyterum sic ti-
mere pro sua perfida compellebat.
Arripit igitur Presbyter, insani furo-
ris stimulis concitatus, Dei seruos
crudeliter, & per omnes vias custo-
dibus distributis, ambulantium sim-
pliciter obsidet itinera Necessarium
quippe fuerat athletas fortissimos,
voluntarijs abstinentiæ laboribus ad
omnem tolerantiam præparatos, per-

1. Ianuar. sequentium paululum tiad manibus: vt martyrialis agonis effecti participes, illata discerent supplicia tolerare, probaturi quid profecissent, si flagellis membra omnia dissipantibus, à fide vera minimè defecissent. Nescientes igitur cogitationes maligni serpentis, habentesque fiduciam conscientiæ, nihil timentes, simul ambo gradiebantur, secum loquentes.

CAPVT X.

Capiuntur Fulgentius, & Felix; hic caditur ab Arianis.

Capitur Fulgentius

17 ET ecce subitò quasi violentia sæuissimæ tempestatis inuadit incautos, diuidit iunctos, ligat diuisos, & feralibus vinculis oneratos, perducit ad Presbyterum vinctos. Efficiuntur subitò sine crimine rei, sine belli forte captiui. *a* Quibus enim fugientibus, nihil nocere potuerunt Mauri, pœnas ingerunt Ariani. Tunc antequàm tenerentur, Felix Abbas paucos solidos, vnde fratrum sustentabatur inopia, simpliciter vbi metus suaserat, proiecit, & custodiendos Dei seruis, ipsi Deo cōmittit. O diuini singularis potentia miraculi! Nemo valuit solidos illos proiectos adspicere; nullus permissus est

Pecuniam abiectam non vident barbari.

est victum pauperum pauperibus tol- 1. Ianuar.
lere. Sed illi filii, qui sic probandi *Sistitur A-*
fuerant, tenentur, ligantur, ad Pres- *riano Pres-*
byterum perducuntur. Quibus ore *bytero,*
terribili violentus Presbyter intonat:
Cur ex vestris regionibus occultè venistis Christianos Reges euertere? Benè enim miser Christianos Reges esse dicebat, in quibus Christum Regem Regum miserabiliter exufflauerat, & quos Filium Patri æqualem negare, similis Antichristo docuerat.

a *Sauiores Catholicis, hæretici, quam gentiles.*

18 Illis ad hæc veracissimæ res- *Felix Ab-*
ponsionis verba parantibus, inferri *bas cædi-*
præcepit verbera primitùs. *a* Igitur *tur: rogat*
Felix Abbas vehementi charitate *parci Ful-*
commotus, Parcite, ait, fratri Fulgen- *gentio.*
tio, qui non potest tormenta perferre. a
Nolite istum cædere, inter vestras manus forsitan moriturum. Cōuertatur in me vestra crudelitas: ego scio quid confitear, in me est omnis causa. Tunc dilectionis admiratione stupefactus, remoueri paulisper Beatum Fulgentium iubet, atque illum grauiùs cædi ministris sæuissimis imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus subditur. Dolorem quippe cum gaudio sustinebat, quia Beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat. Ecce qualis fuit Beatus

1. Ianuar. Fulgentius circa amicos, vt visque ad mortem diligi mereretur. Ista quippe caritas Beati Felicis, vitæ illius sanctæ magnum perhibet testimonium. Neque enim salutem suam pro salute illius despiceret, nisi sibi primitus, & multis vtilem iucundumque sentiret. Imitentur vtrosque, qui Deo placere desiderant. Alios doceat Beatus Fulgentius sic viuere inter fratres, vt amentur, foueantur, & in summis necessitatibus adiuuandi, etiam si periculum non defuerit, iudicentur. Sumant alij de bono facto Felicis Abbatis exemplum, melioribus fratribus, & in Dei timore plus proficientibus, omnem gratiam bonæ voluntatis impendere. Quando enim talis caritas inter fratres fuerit, qualis inter sanctissimos viros fuit, vis totius tentationis facilè superatur: inimicorum verò pertinacia continuò frãgitur. Quamuis sæuissimus Presbyter, etiam tunc de Felicis Abbatis iniuria minimè satiatus, nec Beato Fulgentio parcendum putauit.

a *Exemplum eximiæ charitatis erga proximum.*

CA-

CAPVT XI.

Fulgentius caditur; vterque ignominia afficitur.

19 BEatus autem Fulgentius, vir omnino delicati corporis, vt pote ex familia natus illustri, violentos impetus fustium, repentini doloris acerbitate crescente, vix tolerans, sicut ipse nobis postea referebat, cogitauit Presbyteri furentis insaniam vel mollire, si posset, vel certè paullulum, donec recrudesceret, auocare; quò faciliùs inter ipsas moras inueniret spatium respirandi, ne continuata pœna omnino intolerabilis fieret. Dico aliquid, si loquendi potestas tribuitur, dum cæderetur exclamat. Tunc presbyter, putans eum confiteri velle, iubet quiescere cædentes, & sic adhuc * a flagello suspensum, loqui præcepit quod volebat. Vbi dum Beatus Fulgentius eloquentiæ solitæ sermonibus blandis, suæ peregrinationis est narrare aggressus historiam, Presbyterum facit attonitum, diuque nimia verborum suauitate delinitum, penè totius crudelitatis reddit oblitum. Miratur Presbyter Beati Fulgentij facundiam, probat sapientiam, magnumque aliquem virum conijciens, erubescit

Fulgentius caditur.

* *al.* ad flagella.

Interloquitur.

1. Ianuar inferre violentiam. Sed ne proderet suis suam superatam fuisse sæuitiam, *Iterum cæditur.* Cædite, ait, iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerate verbosum. Etiam me, puto, seducere cogitat, lõgoque inanis fabulæ circuitu quid conficere moliatur, ignoro. Recrudescit iterum manus * vesana tortorum, flagellisque innumeris Beatus Fulgentius exaratur.

** al.* sæua.

20 Tandem Presbyter de illata cæde confusus, virorum laudabilium merita sentit, nec apud se eos tenere diutiùs ausus est; sed deformiter decaluatos, ablatis etiam omnibus vestimentis, ex domo sua nudos inanesque proiecit. Sed nec illa decaluatio viris sanctissimis turpitudinem, nec nuditas attulit confusionem: quia tolerata propter odium religionis iniuria, primæ iam confessionis decorauerat ornamento, superna gratia fulciendos. Processerunt itaque de domo Presbyteri, tamquàm de loco gloriosi certaminis, insignis victoriæ laureis coronati; reuersique per campum, vbi fuerant capti, solidos, quos Abbatem Felicem proiecisse diximus, integro ibi numero seruatos inueniunt, & quasi ex diuina manu restitutos hilariter accipiũt; agentesque ineffabiles Deo gratias, qui consolatur humiles in omni tribulatione

Nudus, & decaluatus dimittitur.

Reperit abiectam pecuniam.

bulatione eorum, reuertuntur ad proximos fratres. 1. Ianuar.

21 Huius autem crudelissimi facti detestabilis opinio, cunctam simul mœstificat regionem; nuntiatur etiam Carthagine fama. Inter alios quoque Arianorum Episcopus dolet mactatum graui cæde Beatum Fulgentium. Et quia parentes eius cognitos habebat idem Episcopus, ipsumque Beatum Fulgentium singulariter adhuc laicum dilexerat, aduersus Presbyterum suæ religionis, & parochiæ, qui cædis auctor extiterat, grauiter commouetur, vindicare Beatum Fulgentium parans, si querelam de memorato Presbytero deponere voluisset. Sed Beatus Fulgentius multis, vt hoc faceret, suadentibus: Non licet, ait, in hoc sæculo vindictam quærere Christiano. Nouit Deus quomodò seruorum suorum defendat iniurias. Iste Presbyter si grauissimi sceleris inter homines, me agente, receperit vltionem, patientiæ nos apud Deum perdimus retributionem: maximè quia multos paruulos scandalizare poterit, si Episcopi Ariani iudicium qualiscumque peccator, tamen Catholicus, & Monachus quæram. Nolens ergo retribuere mala pro malis, & vitam suam sciens necessariam bonis, ne quam

Non vult queri de illo Presbytero.

1. Ianuar forsan hæreticorum violentiam denuo paterentur, ex illa prouincia rursus egrediuntur, & ad vicina prouinciæ suæ loca celeriter regrediuntur: *a* eligentes vicinos potiùs habere Mauros, quàm pati molestissimos Arianos

a *Hæretici infensiores fidelibus quam pagani | simile quid modo suo videre est in libris Macabæorum pluribi.*

CAPVT XII

In Aegyptum Nauigaturus Syracusas appellit. Consilium mutat.

22 IVxta ciuitatem proinde, quæ *Ididi nuncupatur, fundare Monasterium incipiunt, vbi paruo tempore Domino seruientes, insistebant operibus caritatis. Donec subitò Beatus Fulgentius Ægyptiorum Monachorum Vitas admirabiles legens, institutionum simul atque collationum spiritali meditatione succensus, memoratas terras nauigio petere statuit: duabus videlicet ex caussis, vt vel ibi deposito nomine Abbatis, sub regula viueret in humilitate, vel districtioris abstinentiæ legibus subderetur. Et quia desiderium suum impediri poterat publicatum, quærit primitus occasionem proficiscendi Carthaginem, Dehinc veniens ad ipsius

* *al.* Indidi.

Fulgentius legens Vitas PP. vult ire in Aegyptum.

sius mœnia ciuitatis, vno tantùm 1. Ianuar.
fratre, cui nomen fuit Redemptus,
socio peregrinationis electo, nauem
conscendit, Alexandriam petiturus,
a nullos fortè sumptus peregrinatio- a
ni tantæ necessarios secum ferens, sed
in Deo, qui diues est, spem suam fir-
miter ponens, suauiter canebat cum
Dauid: Dominus pascit me, & nihil Psal. 22. 1.
mihi deerit.

a *Confidendum in Diuina prouidentia nec nimia habenda sollicitudo victus | Quod monuit Christus Luc* 12.

23 Ventis itaque flatu prospero *Syracusis*
consequentibus, Syracusanum con- *excipitur*
tigit feliciter portum; Deique summi *ab Eulalio*
prouidentia gubernante, ductus est *Episcopo*
ad hanc ciuitatem, vbi tunc Eccle- *viro sancto.*
siam Catholicam Beatus Papa Eulalius gubernabat, vir eximiæ sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimæ caritatis; in cuius corde thesaurus sapientiæ spiritalis absconditus, multos talentorum Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, Monachorum professionem singulariter diligebat; habens etiam ipse Monasterium proprium, cui semper adhærebat, quoties ab Ecclesiasticis actibus vacabat. Ad hunc ergo Beatus Fulgentius veniens, inter alios peregrinos hospitalitatis officio liben-

1. Ianuar. a libenter excipitur, neque tamen diu latere permittitur. *a* Mox enim, sicut moris est, in conuiuio Sacerdotum, dum de diuinis rebus ortus est sermo, virum singularis scientiæ locutio sua continuo prodidit. Intellexit Episcopus, ex ornatu sermonis, & responsionum moderatione, sub monachico habitu magnum latere Doctorem: distulit tamen eundem, vel quis esset, cur ve aduenisset, conuiuis præsentibus, inter epulas quærere.

a *Sermo manifestat hominem* | *hinc Philosophus ille*, loquere vt te videam. *Et Sapiens Eccles* 27. 7. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

Ex doctrina agnoscitur. Dissimulat quò eat. Socius id prodit.

24 Post prandium verò cùm meridianis horis in domo sua deambularet Episcopus per fenestram respiciens, obseruantem sibi sicut cęteros, Beatum Fulgentium vidit: quem cōtinuò peculiariter vocans: de Institutionibus, ait, & Collationibus loqui cœperas, dum pranderemus. Affer, obsecro, mihi codicem, si portas. Ille sine mora iussis obediens, codicem detulit, in quo quid contineretur, verbis propriis iussus exponit. Admiratur Sāctus Eulalius scientiam iuuenis, & tali hospite delectatus

stus, cum in Africa venerit, diligenter inquirit. Ille metuens arrogantię notam, si desiderium suum fateretur incurrere: *a* Parentes, inquit, meos requiro, quos in illis partibus viuere peregrinos audiui. Verè enim parentes suos requirebat, quorum suauissimos mores imitari cupiebat. Intellexit Episcopus responsum non manifestum, totiusque itineris eius per alterum fratrem, (fuit enim simplex) inuestigat causas. 1. Ianuar.

a *Licet æquiuoca verba dicere, rationabili de causa | fecerunt Abraham Genes 20. Isaac Genes 26. Iudith* 10.

25 Ibi tunc Beatus Fulgentius salubriter proditus, veritatem simpliciter confitetur: iturum sed ad vltimam Thebaidæ regionis eremum dicit, vt illic, sicut lectio monebat, mundo mortuus viueret, vbi maior abstinentium numerus assumptioni suæ nullum gigneret impedimentum, sed forte potiùs præberet exemplum. Recte facis, respondit Episcopus, cupiens meliora sectari: sed scis, quoniā Deo sine fide impossibile est placere. Terras, ad quas pergere concupiscis, à cōmunione Beati Petri perfida dissensio separauit. Omnes illi monachi, quorum prædicatur mirabilis abstinentia, non habebunt te- *Dissuadet susceptum iter Eulalius.*

cum

1. Ianuar. cum altaris sacrament. communia. Quid ergo proderit affligere ieiunijs corpus, vbi solatijs spirit libus indigebit anima, quæ multò melior est corpore? Reuertere fili, ne vitæ melioris intuitu, periculum rectæ fidei patiaris. Ego etiam quondam iuuenis, antequàm me Pontificalis honoris gratia præueniret indignum, diu cogitaui sanctissimæ huius professionis in ipsius prouinciæ Monasterijs adimplere propositum, sed hæc causa me prohibuit assumpta perficere.

26 Consentit Beatus Fulgentius monentis patris consilio salutari, suæque intentionis feruore deposito, suadetur ibi apud Syracusam paucis mensibus degere, Sancto Eulalio præbente victum, & hospitum congruum. *a* Sed quia bonæ mentis indoles numquàm vacat, caritatis opera semper exercens, *b* in ipso paruissimi hospitij, quod acceperat, habitaculo cœpit hospitalitatem multis superuenientibus exhibere, peregrinus, & alterius indigens solatio, consolandos suscipere peregrinos. Miratur Sanctus Eulalius affluentem sancti animi libertatem, magnoque gaudio saginatur, dum per manum Beati Fulgentij, cui victum quotidianum nihil habenti ministrabat, alimenta

a Fulgentius hospes, hospitalitatẽ erga alios exercet

b

mini

[illegible] habentibus videret. 1. Ianuar.
c Et si fas est [illegible]ere, comparatione c
minorum crescere solere maiores,
quamuis esset: Sanctus Eulalius in
pauperibus gubernādis omnino perfectus, opera tamen Beati Fulgentij
considerans, de die in diem plus misericors efficiebatur, & largus.

a *Qui vult bene operari, semper, & vbique occasionem & modum inuenit.*

b *Hospitalitatis, & misericordiæ exercitium paupertas non prohibet | satis enim fuit pugillus farinæ in hydria, & parum olei in lecytho ad hospitandum Eliam* 3. *Reg.* 17. 12.

c *Bonum exemplum calcar est ad bene agendum | quod dicit Apost scribens ad Cor. epis* 2. *c.* 9. 2. Vestra Æmulatio prouocauit plurimos.

CAPVT XIII.

Ruffinianum conuenit. Romam visit, Theodorici triumphos spectat.

27 PEracto itaque præsentis hyemis tempore, cura vehemens Beatum Fulgentium commouet, Episcopum quemdam Ruffinianum nomine, qui persecutionis violentiam fugiendo declinans, ex Byzaceno concilio nauigarat, ibique prouinciæ Siciliæ vicinus, in quadam

brec

1. Ianuar. Ruffinianum Episcopum inuisit.

breuissima commorabatur, [illegible] tam monachi laudabiliter gerens, videre indifferenter, vt eius admonitione secundò firmatus, quid facere deberet, agnosceret. Hoc autem volebat, non quia Eulalio Pontifici
a minùs credebat, *a* sed in rebus dubijs vtilissimum semper esse multorum consilium sentiebat Per multos itaque pedestris labores itineris ad illum Siciliæ veniens locum, cui plus propinquior illa insula fuerat, vbi Sanctus Ruffinianus Episcopus habitabat, modica nauicula deportatus, Sacerdoti venerabili velociter præsentatur: à quo similiter, ne in Ægyptum proficisci perseueraret, admonitus, redire protinus ad proprium Monasterium, neque tamen Apostolorum memoriam prætermittere, statuit.

Romam venit.

28 Occasione igitur nauigij felicioris inuenta, Romam venit, & auctorum sæcularium consono semper ore laudatam, caputque mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in Vrbe maximum gaudium, Theodorici Regis præsentia, Romani Senatus & populi
a lætificante conuentus. *a* Vnde contigit, vt Beatus Fulgentius, cui mundus olim fuerat crucifixus, postquam sacra Martyrum loca venerabiliter

biliter

biliter circuiuit, omnesque seruos Dei, quorum in breui capere notitiam potuit, humili obsequio salutauit: in loco, qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico Rege, concionem faciente, Romanæ Curiæ nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret, & fauores liberi populi castis audiens auribus, qualis esset huius sæculi gloriosa pompa, cognosceret. *b* Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque nugis illis sæcularibus superflua illectus delectatione consensit: sedjinde potius ad illam supernæ Hierusalem desiderandam felicitatem vehemẽter exarsit, salubri disputatione præsentes sic admonens fratres: Quàm speciosa potest esse Hierusalem cælestis, si sic fulget Roma terrestris! Et si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria, & pax, præstabitur Sanctis, contemplantibus veritatem.

1. Ianuar.

Visitat loca sacra.

Spectat triumphũ Theodorici.

b

a *A peregrinis Romam inuisentibus, primo loco, sanctorum memoria, non antiquitatis, curiosa monumenta inuisenda.*

b *Ab aspectu rerum visibilium & materialium, ad cœlestes & inuisibiles, eleuandus animus.*

CAPVT

CAPVT XIV.

Domum reuersus nouum Monasterium construit. inde clàm fugit vt lateat, & sibi viuat.

29 *In Africam redit.* MVlta his similia Beatus Fulgentius illo die salubriter discutauit, & iam toto corde Monasterium suum reuisere cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam nauigauit: vix credentibus prænimio gaudio Monachis suis Beatum redijsse Fulgentium. Nesciebat planè sancta fraternitas, quid primitus ageret, vtrum de absentia Patris quereretur, an potiùs de præsentia lætaretur. Nullus tamen ausus est eum, quia discesserat, culpare, sed cuncti potiùs satagebant pro reditu eius Deo gratias agere. Iunguntur seruorum Dei gaudijs etiam laici: lætantur omnes honesti, ac nobiles viri, quòd Beatus Fulgentius Africanæ Ecclesię Doctor prædestinatus, non diù fuisset in transmarinis regionibus occupatus. Certatim denique singuli properant ampliora prębere solatia pietatis, quibus foueretur animus reuertentis. Offertur denique à quodam, nomine Siluestrio, benè Christiano, & prouinciæ * Byzacenæ primario, locus aptus Monasterio fabricando, cuius gleba

* MS. *Rip.* Byzātinę.

[illegible] ac fertilis, instituendis hortis opta[illegible]li fœcunditate congrueret, & quod plus eligendum videbatur, longe adhuc à furore bellico constitutus, quietissimæ pacis securitatem plenissimam daret, honestis plurimis per vicinas possessiones commanentibus: quorum frequens oblatio transactionem facillimam Monachis promittebat, vt regnum Dei quærentibus, nulla cura sæcularis transactionis obstreperet. 1. Ianuar.

30 Libenter itaque B. Fulgentius hominis religiosi deuotam suscipiens oblationem, fine mora in loco sibi concesso Monasterium fundat, plurimosque ad conuersionem pijs monitis inuitando, Monachorum multiplicat numerum, & magnæ congregationis efficitur Pater. Quamuis sane spiritalia meditari iugiter concupisceret, ampliori tamen sollicitudine distendi compellitur, otium sanctum quærens ex dilectione veritatis, negotia multa suscipiens ex necessitate caritatis. *a* Vnde victus aliquando contemplatione meliorum, lectioni, & orationi tantùm vacare desiderans, cogitauit diu, quomodo sarcinā prælentis oneris abijceret, & sub aliorum regimine cōstitutus, ipse potiùs sub regula viueret, *Construit Monasterium.* a

quam

1. Ianuar. quàm viuendi regulam [illegible]ret, secundùm præce[illegible]um Domini, magis vtile iudicans imperantibus obedire, quàm obedientibus imperare. Cogitanti verò ea diutiùs, talis subitò sententia nascitur. Est in medio vadosi maris sinu Monasterium * Viuecensi littori proximum, * Bennetensi autem maximâ ex parte contiguum: vbi neque hortos colere paruissimi scopuli limes finit angustus, neque ligni vel potabilis aquæ consolatio saltem ministratur exigua, sed rei vtriusque per breuissimas nauiculas quotidie sufficientia præparatur. In hoc Monasterio rigidi propositi disciplina antiqua seruatur, ab infantia sua plurimis vsque ad decrepitam senectutem sanctissimè ibi viuentibus, sanctæque professioni congrua opera laudabiliter exercentibus. Vbi tunc duo Presbyteri peculiares; & meritò mirabiles, & immaculatæ senectutis honore venerabiles, Abbatis officio fungebantur, numquàm de cœnobio recedentes, sed Ecclesiasticæ dignitati multos viros idoneos nutrientes. Ad hoc ergo Monasterium clàm Beatus Fulgentius proficiscitur, ibique in congregatione tam maxima nomen ponit Abbatis, & adunatus multitudini Monachorum, fulget quidem super cæteros scien-

**alij* MSS. Vincensi.

**ita* MSS. *at Sur.* Vēnesensi.

Clàm aliud Monasterium petit.

[illegible]i, eloquentia speciali, 1. Ianuar. sed subijcitur o[illegible]nibus laudabili humilitate, atque obedientia singulari. Memor quippe illius Euangelicæ sententiæ, qua Dominus noster dicit, *Priuatus degit* Non veni facere voluntatem meam, Ioan. 6. sed eius, qui misit me; omnes suas mortificat voluntates; ieiunijs insuper, orationibus, vigilijs, & abstinentiæ vacans, totumque se cum vitijs, & concupiscentijs sæcularibus crucifigens, manibus etiam suis delectabiliter operabatur. Nam, & scriptoris arte laudabiliter vtebatur, & palmarum folijs flabellos sępissime contexebat. Cui operi, etiam cùm fuisset Abbas, in suo Monasterio vacabat. Lectioni autem in cellula frequenter coram fratribus insistebat, apud omnes amabilis, honorabilis, & iucundus.

a *Viri sancti humilitatis amore, potius optant subdi, quàm praeesse.*

CAPVT XV.

Cogitur ad suos reuerti. Sacerdotio initiatur.

31 SEd quanta in eodem Monasterio lætitia, tanta in illius exor- *Sui eum repetunt.* ta est repente tristitia. Gaudebant isti, qui eum susceperant: dolebant illi, qui amiserant. Nascitur inter

eos

1. Ianuar. eos noua pugna car... socium tenaciter amplectuntur; illi antiquum patrem reddi sibi suppliciter deprecantur. Isti se ornari de præsentia eius; illi de absentia deficere confitentur. a Beatus vero Fulgentius magis volens discere, quàm docere, consentit hic esse, vbi fuit inferior; & trepidat illuc redire, vbi cunctis posset esse superior. Tunc Abbatis Felicis, & omnium fratrum, quos reliquerat, dolor ex necessitate consilium sumens, patrocinio Sancti Fausti Episcopi Insulanos Monachos pulsat. Ille protinus Episcopali auctoritate suum esse Monachum Fulgentium allegat, sibique reddi, & vbi ipse iusserit, viuere debere confirmat. Minatur excommunicationem contradicentibus: ipsum verò Fulgentium, nisi consentiat, inobedientibus similem pronuntiat iudicandum.

Cogitur ad suos redire.

Quid multa? Deponitur rursus Beatus Fulgentius ad Monasterium proprium, subire præcipitur Abbatis officium, & ne iterum * a desiderio spiritali mutabilis fieret, repentè eum Sacerdos Presbyterum consecrat, vt Abbatis, & Presbyteri decoratus officio, nec Monasterium relinquere, nec in alia posset Ecclesia ordinari fortuitò

Fit Sacerdos.

*M S. Rip ad desiderium.

a *Viri sancti humilitatis amore potius*

... quàm præesse. 1. Ianuar. C

32 Victus igitur, & honoris compedibus vinctus, cœpit iam Beatus Fulgentius æquanimiter Monasterium suum regere, famaque crescente laudabili, super omnes Africæ prouincias innotescere: in ipso autem * Nuntorum territorio tamquàm proprius Episcopus honorari, parata omnibus, quandocumque facultas ordinandi Episcopum concessisset, Beatum Fulgentium primum Sacerdotem vocibus, & mentibus petere, nec alterum nisi Beatum Fulgentium sibi consecrari permittere. Desiderium deinde populorum Deus videbat, ipsum quoque Beatum Fulgentium non latebat.

* Ita MS. Sur. Vinctorum.

Poscitur ad Episcopatum.

CAPVT XVI.

Episcopatum tantisper fugit.

33 SEd quia tunc Regalis auctoritas Episcopos ordinari prohibuerat, nec viduatis plebibus prouidere Pastores licebat, securus interdictionis huius tempora transigebat, superfluum iudicans honorem fugæ præsidio recusare, quem nec dare alicui fas erat, nec accipere. *a* Postquàm verò sacra turba Pontificum, qui remanserant, communicato inter se consilio, definierunt aduersus

Cōtra Trasamundi edictum ordinantur noui Episcopi.

1. Ianuar. præceptum Regis i[illegible] ordinationes celebrare Pontificum, cogitantes aut Regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam, quò faciliùs ordinati in suis plebibus viuerent; aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inueniebant promotione; ministerium vero suum faciliùs impleturos, atque inter ipsas tribulationes proprijs plebibus solatia præstaturos: Fit repentè communis assumptio, Presbyteros, Diaconos, & si quos inueniret electio, rapere, benedicere, consecrare, certatim locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis, aut tardus, aut nouissimus videretur.

a *Ecclesiastici parere non debent edictis principum sæcularium Ecclesiastica potestati præiudicialibus | Ita Petrus. Act. 4 19*

Fulgentius vt fugiat Episcopatum, latet. 34 *a* Tunc Beatus Fulgentius eligentium vota velociori præueniens fuga, latebris incertis absconditur, nec quæsitus vllatenùs inuenitur. Plebs ipsius loci, vbi fuerat Monasterium constitutum, differre suam prorsus electionem, donec inueniret *Optatur multis.* à Beatum Fulgentium, cogitabat. Veruntamen timens, ne dum diu Beatus Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perueniret, atque inde

rursus

...rdictio nasceretur: 1. Ianuar.
ita compellente destinationis necessitate, suadentur sibi de suis clericis alterum quærere. Sic per multa loca, vbi Beatus Fulgentius, aut primus, aut solus electus est, postquam minimè potuit inueniri, deditalis honoris summi licentiam. Repleta iam fuerat prouincia Byzacena nouis Sacerdotibus, & pene vix paucarum plebium cathedræ remanserant destitutæ: Regis quoque commota sæuitia cunctos iam decreuerat exilio mancipandos, in ipsum primitus ordinatorem, id est, Primatem, nomine Victorem, procedente sententia: qui iam à seruis Regis exeuntibus captus, ad Carthaginem ducebatur. Et omnino succedente maiore tristitia, versa fuit in publicos luctus ordinationis assumptæ lætitia Tunc occultis nuntijs * edocentibus, transisse tempus faciendæ ordinationis, Beatus Fulgentius putans, cathedris, quàm maximè proximis Episcopos haberi proprios, ipse rursus Monasterij sui congregationem gubernare reuertitur, nihil dubitans, neque formidans, sed omnino se Pontificalis dignitatis euasisse laicinam gaudens. *Redit ad suos.*

* *al.* educentibus.

a *Viri sancti propter humilitatem latitant, dum quæruntur vt assumantur*

1. Ianuar. *adprelaturam* | *Spe*[illegible] *le, 1. Reg. 10, 22*

CAPVT XVII.

Episcopus ordinatur, frustrà obnitente Felice Diacono.

35 VErumtamen altiori consilio Deus noster prædestinata perficiens, cui dederat docendi salubriter facultatem, doctrinæ salutaris dare iam volebat auctoritatem, ne deesset fidei Catholicæ contra Arianos fidelissimus prædicator. In tempore ergo tribulationis abscondere *noluit vas electionis, per quem disposuerat implere officium prædicationis. Erat adhuc Ruspæ oppidum nobile, clarissimis habitatoribus prorsus illustre, cui nullus fuerat Episcopus ordinatus: quia Diaconus quidam Felix nomine, qui ambire voluerat repudiatus, honorem Pontificis in illo loco nec ipse merebatur, nec alterum accipere patiebatur. Frater quippe illius germanus, amicus Procuratoris, per potentiam sæcularis actionis ministrabat vires ambitionis. Dolor honestorum ciuium mentes vehemens exagitabat, cur soli remansissent sine patre spirituali, qui videbantur super ceteros excellere nobilitate carnali.

* al. voluit.

Ruspa ob Felicis Diaconi ambitionem caret Episcopo.

36 Tum

...nte fama verax do- lentibus nũtiat Beatum Fulgentium, quem tot loca primo Sacerdotio iudicauerant dignum, nullatenus tempore ordinationis inuentum, remansisse Presbyterum, gloria maiore vestitum, quòd honoris superioris sic calcauerat appetitum. Illis, quibus displicebat superbus ambitor, placet iste laudabilis excusator. Consentitur ab omnibus, ipsum sibi esse seruatum, propterea minimè tantis plebibus ambientibus ordinatum. Nesciente igitur Beato Fulgentio, Victor Primas in itinere petitur à Ruspensibus, & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur. Tunc aggregata violentæ multitudinis manu, repentè Beatus Fulgentius, dolens oculos, in cellula propria reperitur, inuaditur, tenetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur. Inde ad Episcopum, qui admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi constituitur Pater: ita vt in illo, Propheticum illud compleri videretur oraculum, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Nimis autem gratissimus vir sapienti adspectu, & fauores populi suffragantis augebat, & à quocumque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, mode-

1. Ianuar.

Fulgentius cogitur Episcopatum suscipere.

Psal. 17. 45.

1. Ianuar. ftoque inceffu vene[illegible]tur. Cùm verò loqui quippiam, cogente interdum ratione, voluiffet; in ore eius omnis turba pendebat, ex locutione familiari confiderans, qualis effet fpiritalis magiftri futura doctrina. Propter quod ex omnibus poffeffionibus vbicumque tranfibat, populus confluxerat ad fauendum, Rufpenfi Ecclefiæ quantò feriùs, tantò meliorem confitentes prouenifle Pontificem.

Felix Diaconus ei infidiatur. 37 Diaconus porrò videns fuæ ambitionis conatus vaniffimos defeciffe, quod folum remanere delufo poterat, fæuit, & tardus, Innumeris denique congregatis, venienti filio pacis fcandalum, ficut facer loquitur Pfal. 139. 6. pfalmus, iuxta femitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Dei feruus electus, obfedit ambitor infeftus. Sed vbique fimplicibus fubuenit Chriftus, nec impediri poteft ab homine Sacerdotis electio, quam non præcedit ambitio. Nefcio quo fancti Spiritus admonentis imperio, per alteram viam populus qui præcedebat, ambulauit, & Beatum Fulgentium, dum adhuc hoftis fedet in via, fuper fuam cathedram collocauit. Celebrata funt eodem die diuina folemniter Sacramenta, & de manibus Beati Fulgentij communicans omnis.

...s abiceffit. Quod postea Diaconus audiens, diuinæ voluntati, licet tardiùs, cessit. *a* Hunc illicò reuertentem Beatus Fulgentius benignè, affabiliter, clementerque excepit, ita vt eum postea Presbyterum ordinaret. Sed vltionem debitam diuina iustitia demonstrauit omnino velociter. Ipse enim Diaconus, iam Presbyter, intra annum mortuus; & Procurator ei consentiens ad penuriam est redactus. Dederunt enim pœnas temporalis audaciæ, quibus potens est Deus præparare in futuro gratiam cælestis indulgentiæ. Nos istud propterea commemorandum putauimus, vt ostenderemus hinc Beato Fulgentio maiorem creuisse circa singulos auctoritatem, dum cognoscerent in istis vigilasse diuinam seueritatem.

1. Ianuar. Qui tamen mox benignè ab eo recipitur.

Sed à Deo deinde punitur cum socijs.

a Benignitate, & muneribus excipiendi qui nos iniuria affecere | quæ doctrina euangelica est Matt. 5. Benefacite his, qui oderunt vos.

CAPVT XVIII.

Vita in Episcopatu.

38 SVscepit interim Beatus Fulgentius Episcopatum sine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in contradictoribus

Fulgentij Episcopi virtutes.

1. Ianuar. Domini vltione. [illegible]
a est Episcopus, vt e[illegible] desisteret Monachus; sed accepta Pontificis dignitate, professionis præteritæ seruauit integritatem. Seruata verò professionis integritas, plùs ornauit Pontificis dignitatem. Numquàm denique pretiosa vestimenta quæsiuit, aut quotidiana ieiunia prætermisit, aut conditos suauiter cibos, vel inter hospites manducauit, aut discumbēdo saltem requiescere, & resoluere rigidum propositum voluit, sed vna tantùm vilissima tunica, siue per æstatem, siue per hyemem est patienter indutus. Orario quidem, sicut omnes Episcopi, nullatenus vtebatur: pelliceo cingulo, tamquàm Monachus vtebatur.
b *b* Sic studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta suscipiens clericorum, aut caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis simpliciter vteretur. Intra Monasterium sanè interdum soleas accipiebat; frequenter nudis pedibus ambulabat. Casulam pretiosam, vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec Monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit. Quando tēperies aëris inuitabat, solo pallio intra Monasterium est coopertus.

Paupertas in vestitu.

Scapulis vero nudis numquàm 1. Iannar.
nobis vnus est, nec deposito saltem
ingulo somnum petiuit. Suæ autem
ontinentiæ Deo teste fiduciam ge-
rens, in qua tunica dormiebat, in-
pla sacrificabat: & in tempore sacri-
cij mutanda esse potiùs corda,
uam vestimenta, dicebat.

a *Qui a statu monastico ad Episco-
atum assumuntur, nequaquam remit-
ere debent primæ professionis rigorem.*

b *Luxus vestium neminem decet, &
dignitate conspicuum.*

39 Huic Beatissimo Sacerdoti *ac victu*
ullus aliquando extorsit cuiuslibet
eneris carnes accipere, sed sola sim-
liciter olera, ptisanas, & oua, quam-
iu iuuenis fuit, sine oleo; postquàm
verò senuit, superfuso oleo mandu-
auit; *a* ideò * persuasus oleum ac- a
ipere, ne caligo præualens oculo- * MS. *Rip.*
um, lectionis impediret officium. A plus sua-
ino autem sanus semper abstinuit, iusi,
i quando verò compellente infir-
nitatis necessitate, modico vino vti
ompulsus est, calicibus plenis aqua
aspergendens quippiam meri, nec sa-
oris eius, nec odoris iucunditate
ruebatur. Antequàm vigiliæ nun-
iarentur à fratribus, ipse semper cor-
de, & corpore vigilans, aut orabat, *Vigilantia*
aut legebat, aut dictabat, aut cui-
cumque spirituali meditationi solus

I. Ianuar. vacabat: quia se pe[illegible] Ecclesiæ necessitatibus occupari iugiter sciebat. Ad agendas cum seruis Dei vigilias interdum descendebat, sed priuatas apud se vigilias studijs, quibus dixi, multò laudabiliùs exercebat.

a *Quæ sunt maioris boni, præferenda ijs, quæ minoris* | *Hoc est illud Apost.* 1. *Cor.* 12. Sectamini charismata meliora.

CAPVT XIX.

Monasterium Ruspæ construit.

Erigit Ruspæ Monasterium. 40 IN nullo autem loco visus est sine Monachis habitare: propter quod à ciuibus Ruspensibus hoc primum beneficium ordinatus Episcopus postulauit, vt fabricando Monasterio locum congruum darent. Tunc ex pluribus ciuibus obedire festinantibus optimo Sacerdoti, quidam nomine Posthumianus, Christianissimus, & inter suos nobilissimus ciuis, agellum proprium fideliter obtulit, non longè ab Ecclesia constitutum: vbi pinis surgentibus in excelsum, speciosi nemoris virebat amœnitas. Excipit Beatus Fulgentius libentissimè locum, cuius etiam ligna necessaria futuræ fabricæ conspiciebat: protinusque Beatum Abbatem.

[illegible] venire velociùs per- 1. Ianuar.
suafit, cum maxima penè totjus con-
gregationis multitudine, nisi quòd
paucissimos fratres in illo Monasterio
dereliquit, quibus vnum è fratribus,
Vitalem nomine, præposuit. Tali ve-
rò charitatis lege Monasteria vtra-
que præcipiens viuere, vt quasi non
fuissent locis diuisa, sic essent vnani-
mitate coniuncta. Si quos autem no- *Vnit illud*
uos Monachos, vel in isto, vel in illo *cum priore*
Monasterio Christus acquireret, tem- *Felicis Ab-*
pus inter se conuersionis ordinem- *batis*.
que seruarent: & si quando ad se vi-
dendos, iubentibus dumtaxat Prio-
ribus, venirent, non vt hospites, sed
quasi vnius congregationis homines
susciperentur: Beati vero Fulgentij
Episcopi prouisionibus communiter
gubernati, Patrem spiritalem sim-
plici venerarentur affectu: sic Beato
Fulgentio singula disponente, ne su-
scepta regendorum sarcina clerico-
rum consolationem perderet Mona-
chorum.

CAPVT XX.

S. Fulgentij exilium.

41 INterea repentè diriguntur mi-
nistri Regalis furoris, vt de-
tentus etiam ipse, cum ceteris in exi-
lium Sardiniam confessor Christi no-

1. Ianuar. bilis truderetur . Ab[...]
Pellitur in lociter, licet doleret [...]
exilium. nullis adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuram protinus destitutam; sapienter tamen tristitiam gaudio maiori vincebat, quod tam gloriosæ confessionis esse particeps inchoabat Comitantibus ergo Monachis simul, & Clericis, Magister egregius vtriusque professionis exit, flentibus omnibus laicis, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente libera, voce forti coram Regibus, & Potestatibus confiteri . Suscepit eum Carthago venientem, fructumque notitiæ eius in paucis *luis
[a] *ita* MS. *at Sur.* *diebus.* fideliter gustans, multa obtulit munera; quæ Beatus Fulgentius Monasterio illi, quod fabricari delegauerat, profutura mandauit. Ipse verò nauem crucifixo corde, & corpore nudus ascendit, habens secum plurimas diuitias scientiæ singularis, quibus omnes vbicumque veniebat, indeficienti largitate pascebat.

42 Inter alios sanè Episcopos, cum quibus exilium commune susceperat, tempore ordinationis erat
Magna inferior, sed patientiæ, & caritatis
eius ob do- virtute non inferior. In rebus enim
ctrinam dubijs, vbi quàm maximè consilium
auctoritas. petebatur, si quando inter se Confes-

sores

[illegible] de communi vtilita- 1. Ianuar.
te tractabant, vltimus quidem sede-
bat; verumtamen ipsius sententiam
Primas; vel omnes qui Primatem se-
quebantur, audire, & facere cupie-
bant: quamuis ille nihil per inanem
gloriam sibi vendicans deferret ho-
norem congruum prioribus suis. Si
enim cogebatur respondere consu-
lentibus, ita paratus erat semper obe-
dire iubentibus, ne præsumeret ali-
quid extorquere nolentibus. Post
deliberationis autem lõgissimas mo-
ras, quidquid definitio communis
inuenerat, eloquenter allegandum
sensibus ceterorum Beato Fulgentio
dimittebatur. Huic etiam, quando- *Ceteris E-*
cumque transmarinis litteris de fide, *piscopis est*
vel de diuersis quæstionibus interro- *ab epistolis.*
gabantur Episcopi, respondere pro
omnibus ab omnibus imponebatur.
Ita sicut sanctæ memoriæ Aurelius,
Carthaginensis Antistes Ecclesiæ, in-
ter sua priuilegia meruit, vt litteras
ex Africano Concilio dandas ipse so-
lus scriberet; sic iste meruerat, vt lit-
teras ex illo Concilio dirigendas, so-
lus ipse dictaret. Sexaginta quippe, &
ampliùs Episcopos, tunc catena liga-
bat exilij, quorum lingua, & ingeniũ
Beatus Fulgentius Episcopus fuit.
Propterea quandocumque rescribe-
bant consulentibus, Episcoporũ cun-

ctorum

1. Ianuar. ctorum nomina dice[illegible] lo, sed solius Beati Fulgentij sermo tenebatur in stylo. Preter istas quoque publici tractatus epistolas, si quis fortè ex ipsis Episcopis absentem plebem suam * corrigere vel monere voluisset, ad Beatum Fulgentium suppliciter accedebat, & per ministerium linguæ eius, officium suæ dispensationis implebat. O mirabilem virum, non sibi soli, sed omnibus natum? Sola eum Ruspensis Ecclesia Doctorem meruerat, & pars maxima Concilij Byzaceni de ipsius sermone viuebat. Quicumque in qualibet Sacerdotum exulantium plebe tentabat inquietus existere, vel Episcopi proprij iussa contemnere, Beato Fulgentio dictante, sic corripiebatur absens, vt satisfactionis remedium quærens, enauigato mari, * continuò fieret præsens, & per ipsum Beatum Fulgentium, cuius eloquentiam senserat excommunicatus, impetraret veniam salubriter humiliatus. Ipse namque Beatus Fulgentius erat vltor, ipse intercessor: cum collega vltor; pro ministro intercessor. Ab ipso procedebat gladius, vnde superborum ceruix dura cæderetur; & per ipsum rursus beneuolentiæ medicina præbebatur, donec supplicum fratrum pusillanimitas sanaretur.

* MS. *Bonif.* colligere.

* MS. *Rip.* cunctis.

43. Inc-

[illegible]sa * planè primordia I. Ianuar.
[illegible]loriosi exi[illegible], Monasterium congre- *al.* sanè.
[illegible]are, paucos secum Monachos du-
[illegible]cens minimè potuit; *a* sine fraterna a
[illegible]amen congregatione vitam ducere
[illegible]nesciens, Coepiscopos suos, Illustrem
[illegible]cilicet, & Ianuarium, habitare secum
[illegible]persuasit volentes; quibus vnico ser-
[illegible]uiens caritatis affectu, similitudinem
[illegible]nagni cuiusdam Monasterij, Mona-
[illegible]his, & Clericis adunatis, sapienter
[illegible]ffecit. Erat quippe eis communis
[illegible]mensa, commune cellarium, com-
[illegible]munis oratio simul, & lectio. Nullus
[illegible]e super alterum insolenter efferebat,
[illegible]nec proprijs fratribus ampliùs, aut
[illegible]peculiariùs consulebat, nisi quod ma-
[illegible]gis illi Monachi, qui Beatum Fulgen- *Apud eum*
[illegible]ium sequebantur, districtioris absti- *Clerici, &*
[illegible]nentiæ regulam custodientes, nihil *Monachi*
[illegible]omninò proprium possidebant, nec *simul vi-*
[illegible]nter alios Clericos, Clericorum mo- *uunt.*
[illegible]e viuebant. Talis erat Beati Fulgen-
[illegible]ij eruditio, quæ spiritalibus monitis,
[illegible]ta subiectorum sibi corda transfer-
[illegible]ret à terrenis voluptatibus ad spirita-
[illegible]es cælestesque delicias, vt boni pro-
[illegible]positi manente censura, non seduce-
[illegible]entur infirmorum fratrum * inertia, * MS. *Rip.*
[illegible]nolentium imitari, quæ quotidie an- velle imi-
[illegible]e oculos eorum gerebantur, exem- tari.
[illegible]pla.

a *Vita spiritualis socialis quemad-*
modum

1, Ianuar. *modum in pijs Congreg*[illegible] *mè optanda* | *Nam* Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. *Psal* 132.

44 Quis illius habitationis dignè explicet laudes? Domus illa, tunc Calaritanæ ciuitatis oraculum fuit. Illuc enim veniebat afflictus percipere remedium consolationis: ibi gerebantur inter discordantes pacis, & concordiæ pacta fidelia. Diuinam volentibus audire diligentiùs lectionem, ministrabat ibi Dominus plenissimæ expositionis ædificationem. *Omnibus subuenit.* Delectabat nobiles viros, si fieri posset, quotidie Beatum Fulgentium cernere disputantem: libebat indigentiam sustinenti, inde petere suppliciter eleemosynam corporalem, vnde doctrinam quoque sumeret spiritualem. *Multos ad religionem trahit.* Frequenter enim Beatus Fulgentius, quos multa largiendo de temporali fame liberabat, *a* renuntiare sæculo sapienter admonendo faciebat, & quamuis nihil habentes, habendi voluntatem contemnere suadebat: ita cupidus semper acquirendæ ad cœnobium fraternitatis, vt quamuis omnibus omnia nosset esse, Monachorum tamen professioni sociare cunctos, & optaret, & vellet. Hæc fama per dies singulos crescens, Carthaginensis quoque Ec-

clesiæ

[illegible] maiora gaudia pro- 1. Ianuar.
ocabat, & ce[illegible]issimis testibus ex illa prouincia venientibus, Beatum Fulgentium commendabat absentibus.

a *Pauperes etiam possunt diuitijs, & mundo renunciare, & si nihil horum possideant, dummodo desiderio possidendi renuncient* | *quod forsan respexerunt pauperculi piscatores, dicentes,* Ecce nos reliquimus omnia, *Matth.* 19.27.

CAPVT XXI.

Accersitur Carthaginem. tyranni quæstionibus responsurus.

45 INterea Trasamundi Regis aduersus religionem Catholicam mens implacabilis, & ita terribilis, inter asperas persecutiones subdolasque factiones, quibus æqualem Deo Patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus inuitabat, sub intentione plus decipiendæ multitudinis simulare cœpit, rationem se simpliciter inquirere Catholicæ religionis, reperiri neminem putans, cuius posset in suis erroribus affectione conuinci. Proponebat denique * multis ineptarum tendiculas quæstionum, nec si quis ei respondere voluisset, aut despiciebat, aut repellebat: imò quas

Trasamundus simulat se instrui velle.

* MS. S. Max. multarum. Sur. multas.

1 Ianuar. quasi patienter audie[redacted]
non posse iactabat. Et reuera quis homini, tam obdurato corde valuisset lumen ostendere veritatis? Efficiebat tamen plurimos religiosos,
* MS. *Rip.* audax. * audaces fidei suæ constantia, per occasiones à Domino præparatas, studiosi Regis conuincere blasphemias.

46 Dicitur tādem requirenti diutius, quis plenissimè possit testimonijs euidentibus vindicare veritatem Catholici dogmatis, esse inter Episcopos exulantes Beatū Fulgentium, cui nihil deesset in sciētia, plurimum redundaret in gratia, qui sapienter & eloquenter roganti Regi satisfaceret. Protinus Rex probare cupiens Sacerdotem, cui generaliter testimonium bonum tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, seruum strenuum celeriter dirigit. A quo sine mora ductus atque perductus, intrauit Carthaginem lætus. Vbi tamquàm fidelissimus dispensator, erogandi talenta sibi credita reperiens occasionem, cœpit in hospitiolo proprio venientes ad se Catholicos orthodoxos diligenter docere, rationem reddens, quomodo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, manente trium personarum differentia, Deus vnus à fidelibus prædicetur.

Fulgētium accersit.

27 Tan-

...m fuit B. Fulgentio 1. Ianuar.
cundi sermonis suauitas, tanta in
ultu eius micabat hilaritas, vt cer-
atim fideles vniuersos sancta caritas
aheret, vel interrogare doctissi-
ium virum, vel audire quoties ad
nterrogata respondebat. Ille verò
erbum Dei sine inuidia tabescente
ommunicans, occurrebat interro-
ationibus omnium, neminem despi-
iens, nullum iudicans improbum,
paratus etiam ipse, si cui fortè Deus a
er Spiritum sanctum melius reuelas-
:t, audire vel discere, tenere, sequi,
pprobare: sub officio Doctoris hu-
nilitatem discipuli benignus & mitis
xercens. Vnde contigit, vt multò *Is multis*
ioctior, & seipso melior fieret, lucra *prodest*
Christo maiora perquirens. Alios *Cartha-*
nim iam rebaptizatos, errorem suum *gine.*
langere docebat, & reconciliabat;
lios autem, ne suas animas pro terre-
iis commodis perderent, admone-
bat; *b.* & quos iam perditioni proxi- b
nos sentiebat, ita blandis sermoni-
bus leniebat, vt propter eius bene-
iolentiam verecundarentur cogita-
am implere malitiam, reuersique ve-
ociter agerent pœnitentiam. Con-
ortati alij verbis eius, & doctrinæ
ius sale conditi, redarguebant Aria-
ios hæreticos cum omni fiducia.
sic mirabili gratia factum fuit, vt per
vnum

1. Ianuar. vnum Sacerdotem, c[redacted] Rex voluerat experiri, sapientium numerus apud Carthaginem cresceret, & per ministerium persecutoris fides Catholica incrementum potiùs, quàm defectum, acciperet.

a *Magister in officio doctoris, discipuli humilitatem seruare debet, vt paratus sit à doctioribus discere.*

b *Quantùm præstet ad conuertendũ lenitas in correctione | Ideoque Apostolus hanc commendat, & præcipit. 2. Tim. 2.25. | 2. Thess. 3.15. & Galat. 6.1.*

CAPVT XXII.

Regis quæstionibus respondet.

Regis quæstionibus respondet.

48 HÆc omnia Rex per occultos a nuntios discens, egregij Sacerdotis ingenium, sapientiam, doctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continentiam probat, & conuenientem famæ suæ præconijs talem esse, qualis prædicabatur priùs, agnoscit. Dicta proinde quædam, veneno plena perfidiæ, legenda ei celeriter dirigit, responsionem sibi flagitans reddi. Suscepit hæc doctissimus Pontifex, & longissimæ narrationis ineptias per obiectionum capitula diuidens, responsiones subiecit breues, probabiles, necessarias, auctoritate testimoniorum graues; & totius ratio-

...radiantes. Quas cum multis sapientibus viris diu multumque collatas, & ad populi fidelis notitiam perductas, Regi quoque longa expectatione suspenso tradidit ngerendas. *b* Quas ille Rex barbarus intentissimè perlegens, quia numquàm prædestinatus erat ad salutem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædicat humilitatem, neque tamen meretur intelligere veritatem. Carthaginensis autem populus,* triumphi spiritalis interpres, propositiones Regis fuisse conuictas læto murmure confitetur, & Catholicam fidem semper esse victricem, coniunctis Beati Fulgentij laudibus, gloriatur.

1. Ianuar.

* MS. *Boni* *nif* triumphalis. MS. *Rip.* triumphis spiritualibus.

a *Virtutem iustorum laudant etiam impij, & inimici* | *Nonne bis Dauidem laudauit Saul, ei adeo infensus?* 1. *Reg.* 26.21. & 24.18.

b *Veritatem non omnes, qui cognoscunt & laudant, amplectuntur* | *Testis sit Herodes agnoscens prophetam, & S. Ioannem Baptistam capite plectens, vt impium Matt* 14 9. *Pilatus innocentem testificans Christum, & cruci tradens, vt latronem, Matt.* 27 26 *Fœlix Præses commotus à Pauli prædicatione, & ad aliud tempus differens quid decerneret* | *Act.* 24.25.

CA.

CAPVT XXIII.

Aliæ Regis, & Pintæ quæstiones solutæ.

49 ADhuc tamen Rex virum doctissimũ probare desiderans, de aliis eum quæstionibus rursus interrogat, & interrogationem suam semel tantùm Beato Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, neque describendi tribuens facultatem. Timebat enim, ne verba eius conuincenda, sicut priùs, sermonibus eius insererentur, totiusque iudicio ciuitatis victus esse iterum reprobaretur. Beatus verò Fulgentius semel sibi lecta vix * recolere præualens, respondere differebat: sed respondere eum Rex magis ac magis imperabat, responsionis arguens moras, & cautelam viri sanctissimi, diffidentiam iudicans. Vnde idem Pontifex discretionis virtute subnixus, ne qua forsitan per populum mendacia spargerentur, quibus fingeretur aut non potuisse, aut noluisse Beatum Fulgentium Regalibus quæstionibus obuiare, tres libellos mirabiles facit: vbi memoratum Regem simpliciter alloquens, * vim totius quęstionis, quam tenui auditu perceperat, late euentilabat, docens animam rationalem Christo Domino in susceptione carnis

* MS. Rip. regulare. MS. Boni. recolligere.

* al. seriem.

...su sse. Tunc Rex ad- 1. Ianuar.
niratione maxima repletus, nihil
mplius est interrogare ausus, nisi,
quod vnus ex Episcopis eius, Pinta
nomine, quasi respondere conatus,
tacere potius noluit, quam respon-
dere aliquid potuit. Cui tamen illicò
Beatus Fulgentius alterius operis,
quod aduersus Pintam titulauit, di-
sputatione veridica restitit, & in-
prima defensione sua victos aduersa-
rios, temerariè satis ostendit repetisse
certamen.

CAPVT XXIV.

In inuidiam vocatur.

DE Spiritu sancto interroganti *De Spiritu*
Presbytero Abragilæ, per *sancto scri-*
Commonitorium paruissimum testi *bit.*
monia protulit plura, docens eum
cum Patre, & Filio Deum vnum sim-
pliciter confitendum. Cuius etiam
Commonitorij sententias inter vtrũ-
que istius temporis opus ordinauit,
oportere describi, legentibus omni-
bus fidelibus Catholicis, & miranti-
bus; erubescentibus Arianis, & do-
lore contra ipsum murmurantibus.
Donec malæ suggestionis occasione
reperta, volenti eum Regi intra Car-
thaginem diutius retinere, diceretur
ab

1. Ianuar. ab impijs & malis h[illegible] causa, Rex, laboras: nihil tua diligentia proficit. In tantum quippe iam doctrina Fulgentij Episcopi prȩualuit, vt de Sacerdotibus tuis reconciliet aliquantos. Proinde nisi citò subueneris, religio nostra deficiet; & quicumque à nobis est baptizatus, homousion iterum prædicabit publicè reconciliatus, nec si persecutionem volueris concitare, timeri poterit Regalis sæuitia. Multùm quippe confortat, & stabiles facit omnes Episcopos Fulgentij præsentia.

Vocatur in inuidiam apud Regem.

CAPVT XXV.

Iterum in exilium pellitur; breui se rediturum prædicit.

Denuò relegatur.

51 a SVggerentibus talia Rex quasi magna necessitate constrictus, assentit, & Beatum Fulgentium rursus ad exilium Sardiniæ reuocare cōpellit. Intempesta igitur nocte (sic enim Rex fieri delegauerat) ad nauem Beatus Fulgentius populo ignorante perducitur. Sed contrario flatu resistentibus ventis, super littus tantas passus est moras, vt per dies plurimos omnis penè illuc ciuitas conueniret, & de manu eius valefaciens communicaret. Ibi autem prophetica

... per Spiritum Sanctum repletus, * Iuliateo viro religioso nimis afflicto, grauiterque pro discessu Beati Pontificis ingemiscenti, Diutiùs, ait, flere noli: Cito reuertemur ad vos, Catholicæ Ecclesiæ libertate reparata, videbitis nos. *b* Hoc autem, quæso, secretum sit apud te, *c* quod nimia caritas indicare compulit me. *d* Sic sollicite semper Beatus Fulgentius iactantiam fugit, nec in donis spiritalibus humanam gloriam requisiuit, testimonio conscientiæ suæ contentus, & sola Dei misericordia fretus.

Ianuar. * MS. Rip. Iuliteo. *al* Viliateo.

b *Reditum suum prædicit.*

c

d

a *Mala opera principium, ab impijs consiliarijs pendent* | *patet 2. Paral. 24. 17. & 3. Reg. 12 10. 11 in Ieroboam 2. Reg. 13. 4. 5 In Amnon, cuius incestus cum sorore, quis author, nisi Ionadab consiliarius eius?*

b *Sancti humilitatis gratia occultant Dei dona & quæ illis admirationem, & famam possent comparare* | *Christi exemplo prohibentis, Apostolos reuelare visionem Thabor & cæcis publicare visum restitutum,* & comminatus est illis Iesus. Videte, ne quis sciat. *Matth. 9 30.*

c *Item ea quandoque reuelant vrgenti charitate* | *Hanc discretionem temporis occultandi & temporis reuelandi, mihi videtur Tobias ab Angelo edoctus,* Etenim Sacramentum regis ab-

1. Ianuar. scondere bonum est; [redacted] Dei reuelare, & confiteri honorificum est, *Tob.* 12.7.

d *Fugienda iactantia, & gloria humana de donis spiritualibus.*

a 52 *a* Vnde etiam mirabilia facere numquam delectatus, hanc gratiam sibi dari nullatenus desiderauit. Sed si quando petebatur pro infirmis, & laborantibus, vel necessitatem tribulationum temporalium tolerantibus Dominum deprecari, preces suas sub hac deuotione fundebat.

b *b* Scis, Domine, quid animarum

Eius in orando resignatio. nostrarum saluti conueniat. Poscentibus ergo nobis quod admonet necessitas, hoc misericordia tua concedat, vnde spiritalis non impediatur vtilitas. Oratio igitur nostræ humi-

Al. ita. litatis, si expedit, * tunc exaudiatur, vt voluntas tua principaliter compleatur. Et frequenter quidem Deus omnipotens oranti Sacerdoti suo multa concessit: sed ille nihil proprijs

c tribuens meritis, *c* eorum potius fidei, pro quibus exaudiebatur, omnia deputabat; neque sibi, sed illis, hoc concessum fuisse dicebat.

a *Humiles gratiam miraculorum, quæ famam pariunt, non curant.*

b *Petitiones nostræ, semper Dei voluntati committendæ, vt exaudiat in quantum nobis expedit* | *citò occurrit* cla-

[illegible] *Christi exemplum. Matth.* 1. Ianuar.
26.39 Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

c *Humiles miracula ab eis perpetrata imputant fidei eorum, qui illa susceperunt.*

CAPVT XXVI.

Ad socios exilij redit.

53 SEd ne diu moras longissimas patiamur, vnam eius sententiam de faciendis mirabilibus inseramus. *a* Mirabilia, aiebat, non conferunt homini iustitiam, sed notitiam hominum. Quisquis autem fuerit hominibus notus, nisi fuerit iustus, ad æterna perueniet supplicia condemnatus. Ille verò, qui misericordiæ cælestis opera iustificatus, in conspectu Dei solius vixerit iustus, etiamsi parum sit hominibus notus, beata Sanctorum gaudia percipiet coronatus. Vir igitur mirabilis timuit habere laudem de mirabilibus, quamuis ampliora quotidie miracula faceret, exhortatione sanctissima multos infideles credere, multos hæreticos reconciliari, multos pessimis moribus deditos, continentiæ faciens leges excipere: dum per eius saluberrima monita sobrietatem di-

Eius de miraculis sententia. a

11. Ianuar. scerent ebriosi, castita... tur adulteri, distribuere omnia pauperibus auari rapacésque docerentur: & mutato proposito, superbis humilitas, litigiosis pax, inobedientibus obedientia fieret dulcis.

a *Gratia miraculorum non curanda, quia non meriti, sed periculi est.* | *Vnde Saluator Apostolos cum gaudio dicentes*, Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo, *reprehendit dicens*: Verumtamen in hoc nolite gaudere, &c. *Luc. 10. 20.*

Lætantur eius reditu exules Episcopi.

54. Talibus planè mirabilibus Beatus Fulgentius piam semper operam dedit, quibus secum comitantibus, in omni loco, & tempore gloriosus, fauente aliquando sereni aëris tranquillitate Sardiniam * deportatus, exulantium Coëpiscoporum lætos animos reddidit, ipsámque prouinciam, cui tantorum præsentia Sacerdotum tribuebat ornatum, præsentiæ suæ luce fecit splendidam, concurrentibus vndique cum gaudio Christianis hominibus, videre athletam Christi fortissimum, qui certamine singulari sæuientis impetum Regis fregerat, ad diuina castra rediisse insignibus laureis adornatum, & antiquis commilitonibus iunctum, a tanto ampliùs singulis exhibuisse a... humilitatem, quantò

* *Sur. reportatus.*

quanto ... cie... ...uam plus enituisse 1. Ianuar.
virtutem; memor sine dubio Scrip-
turæ monentis: Fili quantò magnus Eccl. 3. 20
es, humilia te in omnibus, & coram
Deo inuenies gratiam.

a *Qui magis honoratur propter virtutes, & dona Dei, magis debet humiliari | quod monnit Sapiens Eccl. 1. 3. 20.* Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

CAPVT XXVII.

Eius in exilio actiones, & instituta.

55 NOluit planè iam B. Fulgentius in priori domo, multis fratribus comitantibus diutius habitare, sed iuxta Basilicam Sancti Martyris Saturnini, procul à strepitu ciuitatis vacantem reperiens locum, a * Brumasio Calaritanæ ciuitatis Antistite venerabili potiùs, sicut decuit, postulato, nouum sumptibus proprijs Monasterium fabricauit. In quo quadraginta, & ampliùs fratribus congregatis, disciplinæ cœnobialis ordinem custodiuit illæsum, nemini dans licentiam professionis sanctæ regulam præterire: b sed principaliter hoc obseruandum Monachis tradens, vt nullus eorum quidquam sibi proprium vendicaret, sed essent omnibus omnia communia.

a *Nouũ Monasterium extruit Calari in Sardinia.*

* *Baron. Primasio. M.S. Bonif. Brimasio.*

b

1. Januar. *e* Dicebat enim frequenter, nec debere, nec posse Monachum iudicari, *c* cui voluntas habere priuatum peculium persuaserit, Vt enim Monachus lautioribus forsitan cibis vtatur, interdum cogit infirmitas corporis; vt autem cupiat in quibuslibet exiguis rebus iuris proprij dominium vendicare, superbæ voluntatis, & auaræ cupiditatis euidens testimonium est.

a *In iurisdictione alicuius Episcopi non debet quis operam dare rei spirituali, nisi eo permittente.*

b *Præcipua Monachorum obseruantia est, à proprietate cauere.*

c *Item in hoc consistit tota Monachi perfectio, in quo nulla admittenda excusatio.*

Liberalis in suos, maximè nihil vltrò petentes. 56 Distribuebat sanè ipse cum summa discretione seruis Dei necessaria vitæ subsidia, singulorum vires infirmitatemque considerans. Verumtamen quibuscumque plus ceteris consulebat, eos humilitatem custodire ampliùs admonebat, dicens eis: De substantia communi quisquis aliquid plus accipit, omnium fit debitor quorum est illa substantia: debitorem porrò sola iuuat humilitas. Sic efficiebat, ne quis scandalum pateretur, quando vni propter infirmitatem plus dare aliquid videbatur.

a *a* Erat quoque ei nimia sollicitudo, præ-

præuenire cunctorum Monachorum petitiones, antè tribuendo, quidquid tribuendum cuilibet, vel necessitas, vel ratio manifesta monstraret. Si quis autem præsumpsisset, priusquàm acciperet, petere; negabat ei continuò, etiamsi mereretur accipere, dicens Monachos debere his, quæ acceperint, esse contentos. Ceterùm qui sibi tamquàm indigeant, petunt, desiderijs adhuc carnalibus seruiũt, & omninò non perfectè de cælestibus cogitant, quamdiu quid sibi necessarium sit, ipsi sibi, quia non possunt negotiando, petendo saltem prouidere festinant. 1. Ianuar.

a *Superior Monasterij debet præuenire subditorum petitiones, sollicitè illis tribuendo quicquid ratio, & necessitas exigunt.*

57 Illos quoque veros esse Monachos dicebat, qui mortificatis voluntatibus suis, parati essent nihil velle, nihil nolle, sed Abbatis tantummodò consilia, vel precepta seruare. Propterea sine suo consilio nec eum fratrem; qui Præpositi gerebat officium, sinebat aliquid agere. Laborantes fratres, & opera carnalia indefessis viribus exercentes, lectionis autem studium non habentes, minùs diligebat, nec honore maximo dignos iudicabat. In quo autem suit

Qui veri Monachi qui ei maximè cari.

1. Januar. fuit scientiæ spiritalis affectus, etiamsi virtute corporis destitutus, operari manibus numquàm posset, peculiariter habebatur dilectus, & gratus.

Affabilis erat, benignus discretè seuerus.

58. Amabat autem, quando coram fratribus disputabat, si quis ei quæstiones proposuisset acerrimas, in quibus excellentissimo laboraret ingenio; licebatque generaliter omnibus fratribus, etiam natura simplicibus, parum ve intelligentibus, vnde vellent, interrogare: nec priùs, quam satisfactum sibi confiterentur, rationem reddere, victus tædio, vel labore cessabat. Erat enim maxima ei, & mirabilis gratia, corripere inquietos corde tranquillo: ita vt tunc magis quando putabatur ab alijs vehementer irasci, summa in eo vigeret regnaretque placiditas: & sine perturbatione perturbato similis, multos malè agentes salutari impetu perturbabat. Odiens enim vitia, diligens homines, tamdiu seuerus apparebat, quamdiu disciplinæ spiritualis vtilitas exigebat. Alias autem circa singulos ita mansuetus fuit, & communis, & facilis, vt neminem fratrum puro nomine clamitaret, neque cum typho sæcularis dominationis, aliquibus quamuis paruulis imperaret.

CA-

I. Ianuarij.

CAPVT XXVIII.

Scripta ab eo in exilio. Finis persecutionis.

59 SCripsit eodem tempore Carthaginensibus Epistolam, sublimi exhortatione perspicuam, vbi pene cunctos dolos, & fallacia blandimenta, quibus infelices animæ seducebantur ad mortem, grauissima conquestione digessit. Tunc etiam de remissione peccatorum consulenti Euthymio viro religioso, duobus libellis sine mora respondit. Testimonia quoque prædestinationis, & gratiæ differentias cupientem nosse, salubriter disputans docuit. Iam familiares epistolas, in quibus tamen spiritalis ædificatio continetur, & ibi apud Sardiniam commanentibus, & in Africa degentibus, & Romanis præcipue Senatoribus, viduisque, ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit. Ad Probam virginem Christi de ieiunio, & oratione libellos duos conscripsit. Fausti Episcopi; ipse duo libri, quos a Faustus Episcopus Galliarum contra gratiam subdolo sermone composuit, fauens occulte Pelagianis, sed Catholicus tamen volens videri. Constantinopolitensis

Varij eius libri.

Erroribus quidem nō carent libri Fausti Episcopi; ipse tamen auctor Sāctus est, vt 16. Ianuarij dicemus.

a. Ianuar. b al. ostensi à pluribus fratribus. fensis b plumis fratribus, ad Beatum Fulgentium probandi dirigerentur. Quibus ne occultum serperet virus, septem libris ipse respondit, plus laborans exponere, quàm conuincere: quia dubios sermones eius exponere, hoc erat delirantis argumenta conuincere. Magnus planè huius operis labor mercedem debitam citò suscepit. Mox enim vt est dictatio ipsa finita, protinus est longissimæ captiuitatis catena disrupta. Mors enim Trasamundi Regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, Ecclesiæ Catholicæ per Africam constitutę libertatem restituens, Carthaginensi plebi proprium donauit Antistitem, cunctisque in locis ordinationes Pontificum fieri clementissima auctoritate mandauit.

Hildericus Rex Episcopos restituit.

CAPVT XXIX.

Gloriosus eius reditus. Vita post exilium.

60 BEatus itaque Fulgentius, postquàm sapienter expugnauit Pelagianos, lætificatos meruit videre Catholicos. Inde secundùm quod per eum Spiritus sanctus prædixerat, reuersus est Carthaginem cum omnibus

Redeunt exules Episcopi in Africam.

nibus consacerdotibus, vnde solus exierat. Inuenit lætos, quos dimiserat mœstos. Inuenit nimia exultatione feruentes, quos reliquerat persecutionis violentiam sufferentes. Inuenit habentes spiritualem Patrem, quos reliquerat dolentes Ecclesiam matrem. Inuenit expectantes se cum gaudio, quos reliquerat gementes in tædio. 1. Ianuarij

61 Tanta autem fuit deuotio Carthaginensium ciuium, Beatum Fulgentium reuisere cupientium; sic vniuersus populus expectabat ardenter, quem viderat in conspectu suo pugnasse viriliter; vt alijs Episcopis ante ipsum descendentibus, silens multitudo super littus staret, oculis, & mentibus inter omnes Episcopos Beatum Fulgentium, quem familiariter nouerat, quærens, & eum à cunctis nauibus experens. a Vbi verò facies eius apparuit, immensus nascitur clamor, altercantibus omnibus, quis primò salutaret agnoscendus, quis caput benedicenti supponeret, quis extremis, vel saltem digitis mereretur tangere gradientẽ, quis videre, vel oculis procul stantẽ. Resonabat diuina laus ex omnibus linguis. Ad sancti quippe Agilei Basilicam sequens populus, & præcedens, Confessorum beatorum triumphum nobilem celebra- *Magno plausu populi excipitur Fulgentius.*

 lebra-

9 Ianuar. lebrabat. Multitudo autem maxima populi Beatum Fulgentium, quem plus ceteris honorabat, concurrens alacriter comprimebat, donec sancta quorumdam Christianorum prouisio, rotam in circuitu faciens æstuanti, liberum præberet iter in medio transeunti.

a. *Facies Dei beatificans, quam desiderabilis, quando tant' opere recreat illa Fulgentij!* *Quia mirum si in eam desiderant Angeli prospicere.* 1. *Pet.* 1. 12.

6 a. Probare tamen adhuc Dominus cupiens virorum fidelium caritatem, copiosis imbribus ambulantes mirabiliter inundauit. Et quis opera pietatis enarrare valeat, absque dispendio veritatis? Immensa pluuia neminem terruit, aut obsequium Sacerdotibus gloriosis præbere prohibuit: imo potiùs velut benedictione cælesti desuper descendente, tantum fides nobilium creuit, vt planetis suis super Beatum Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbres, & nouum tabernaculi genus artificiosa caritate componerent: imitatores eorum effecti, qui prioribus temporibus Saluatori super Matth. 21. pullum asinæ confidenti, & Hierosolymam venienti, vestimenta sua, sicut Euangelium loquitur, in via sternebant,

bant. Tale quippe aliquid, & isti faciebant, qui proprijs indumentis Beat. Fulgentij nudum caput vnanimiter protegebant. Vix ergo appropinquante vespere, sanctæ memoriæ Bonifacio Episcopo repræsentati, benedixerunt omnes, & laudauerunt communiter Deum. Tunc Beatus Fulgentius per omnes vicos Carthaginensis ciuitatis, vbicumque transibat, manibus, & oculis demonstrabatur, laudibusque innumeris prædicabatur.

I. Ianuar.

Gratias agunt omnes Deo.

63. Postquàm verò domos omnium diligentium se concitus visitauit, benedixit, & gaudere dignatus, cum gaudentibus, qui priùs fleuerat cum flentibus, cunctorum desideria satiauit; valefaciens fratribus, egressus est de Carthagine, per omnes prolixi itineris vias gaudia maiora reperiens, in occursum suum populis vndique tendentibus cum lucernis, & lampadibus, & arborum frondibus, reddentibus gratiam ineffabili Deo, qui Beatum Fulgentium mirabiliter in conspectu omnium fecerat gratiosum. Per omnes Ecclesias tamquàm proprius Episcopus suscipiebatur, & sic de reditu eius omnis Byzacena prouincia velut plebs vna gaudebat.

Fulgentius amicos visitat,

Redit ad suos mirè exultantes.

64 a Quem, obsecro, gloriæ huius non extolleret magnitudo? Bea- a

tum

1. Ianuar. Habitat in Monasterio Abbati subiectus.

tum tamen Fulgentium ad maioris humilitatis studium prouocauit. Veniens namque cum gloria populari, dignitatem Pontificis priuilegio specialis venerationis accumulans, postquàm cathedram sedit, inter Monachos adhuc habitare desiderauit. Et ne videretur Abbatis Felicis aduentu suo minuere potestatem, imperandi Monachis omnem sibi ademit voluntarie facultatem, non suam, sed alterius volens ipse quoque facere voluntatem. Et qui adhuc Monachus dispensationem susceperat fratrum, iam Episcopus dominari noluit in proprio Monasterio: sic sollicite cauens, ne Felicem contristaret Abbatem, vt exhibens superuenientibus hospitalitatem, si quando vel multiplicari panem, vel aliquid amplius exhiberi necessitas experisset, Abbatis primò Felicis consilium requisisset. In omni denique concilio Byzaceno, de rebus maioribus ipse primus consulebatur: in Monasterio proprio de rebus etiam minimis Abbatem Felicem * simpliciter consulebat.

* al. supliciter.

a *Quò quis magis extollitur, & laudatur, magis humiliari debet | citauimus supra Eccl. 3. 20.*

b *Humiles volunt potiùs subdi, quàm praeesse.*

65 Parum fuit Beato Fulgentio verbis, & operibus hanc humilitatem sequi, ac retinere, nisi per scripturam quoque firmaret, nihil se in illo Monasterio proprium vendicare, nec pro potestate, sed pro caritate inter Monachos habitare. Considerans enim vir prouidus, ne quod serui Dei simplices preiudicium posteà paterentur, obicem cōtradictionis in hac scriptura successoribus suis opposuit, quia vtilitati Monachorum seruientium Deo nihil p̄ęposuit. Emit tamen iuxta Ecclesiam domum, cui fabricādæ curam maximam diligenter impendit, ne futuro successori suo deesset hospitium. Clericorum vero, si qua * defuerunt, ministeria reparans, probatos sibi multos ex fratribus Monachis ad Ecclesiasticam militiam transtulit. Ibi quoque caritati consulens, vt dum pene omnes clericos ex illo Monasterio ordinat, antiquæ familiaritatis manente notitia, nulla lis aliquando Monachos, & clericos ventilaret. *a* Summam quoque diligentiā præbuit, ne quis clericus ambitiosis vestibus ornaretur, ac negotijs sęcularibus occupatus, ab officio Ecclesiastico diutius vagaretur; iubens omnes non longè ab Ecclesia domos habere, manibus proprijs hortum colere, psallendique suauiter, aut pronun-

* *al.* defuissent. *Monachos Ecclesiasticis ministerijs adhibet.*

a Clericorū magnā curam gerit.

3. Januar. tiendi curam maximam gerere.

a *Clericorum qui studia? Item Ecclesiastici debent vacare negotijs saecularibus ne distrahantur à spiritualibus.*

Ieiunia, & publicas preces constituit. 66. Per singulas septimanas omnes clericos, ac viduas & quicumque potuisset ex laicis, quarta, & sexta feria statuit ieiunare: quotidianis vigilijs, matutinis, & vespertinis orationibus adesse praecipiens omnes. Aliquantos inquietos verbis aliquantos verberibus coercebat, quos culpa manifesta *Vitia castigat.* flagellari coëgerat. Ita vitia cunctorũ salubri dispensatione mordebat, vt nullius interferens nomen, omnes cogeret metuere, & latentia quoq. pec- *Diffidia tollit.* cata salubriter timendo delerere. Veruntamen quomodo inter proprios clericos minorem posset habere cautelam, qui diuturnas etiam finitimarum plebium lites, & contentiosa certamina dirimebat? Ipse denique Maximianensis animositatem plebis, ordinatum sibi Episcopum recipere nolentis, salubri admonitione sedauit, debitumque finem grauissimo scandalo statuens, cuncta inter eos modestè, & salubriter pacificans ordinauit.

*al. Viuecensi. 67 In Concilio quoque *Vincentij iudicio Sacerdotum omnium, qui *MS. Rip. Quoduult Deo. conuenerant, Episcopo cuidam, nomine *Quoduultdeus, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus,

tus, & prælatus, ipso die, & tempore 1. Ianuar.
tacuit, nec auctoritatem Concilij excusando minuere voluit: Sed vbi post Concilium dolere sensit Episcopum, timens propter suum honorem generare fratri scandalum, a meliusque iudicans per caritatem se fieri minorē, quàm sine caritate maiorem, Sufetani postea Concilij gloriosum respiciens adesse conuentum, precem supplicem coram omnibus fudit, vt sibi rursum, se volēte, Quoduultdeus Episcopus præferretur, vt nomine suo posteriùs recitato, lætus deinceps viueret, consacerdotis animo recōciliato. Mirati sunt Episcopi humilitatem talia postulantis, nec contristare voluerunt offerentem Deo sacrificium humilitatis, ad custodiēdam spiritus societatē in vinculo caritatis. Vbi sunt nunc illi, quibus eminendi super ceteros dominatur affectus, qui se etiā suis Prioribus anteponunt, indebitā sibi priuilegia vendicātes? Ecce Beatus Fulgentius nec primatum, quem meruit, defendere voluit: quia sine caritate prior esse alicui minimè concupiuit.

Vult alteri postponi in Concilio a.

a *Propter charitatem conseruandam etiam suo iuri renunciandum.*

68. Catholicæ Ecclesiæ singularis magister, & Doctor, quamlibet inter varias occupationes hic in Africa

pa-

8. Ianuar. parum vacaret, plurimos tamen Ecclesiasticos sermones, qui in populis diceretur scribẽdos dictabat. a Vbicumque sermonẽ faciebat, omnium animos demulcebat; nec inanes, & vanissimos plausus; sed cõpunctionẽ generans cordis Expectauit eum sanctæ memoriæ Bonifacius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis, apud * Burnos Ecclesiam dedicans, duobus diebus se præsente tractantem: quando tantum delectatus est audire verbum Domini de ore eius, vt donec ille sermonem finiret, ipse terram lacrymis irrigaret, agens gratias Deo, cuius gratia semper in Ecclesia Catholica sũmos excitat præclarosq. Doctores. * Multa iam reuersus de exilio condidit noua; decem libris Fabiani mentientis falsa gesta, conuincens: de veritate prædestinationis, & gratiæ libellos tres confecit, aliaque multa digessit: quæ si quis scire voluerit, in eius Monasterio veraciter scripta reperiet.

Concionatur. — *al. Furnos.* — *Alia scribit.* — * al. iam reuersus de exilio nouem, & decem libros, &c.

a *Concionatores suis concionibus non applausus, sed compunctiones cordium generare debent in auditoribus.*

CAPVT XXX.

Eius obitus, sepultura, successor.

Secedit vt pœnitentiæ vacet.

69 NObis autem iam tempus est dicere, quomodò post omnia

bona opera sua requieuerit, ad cæli regna trāslatus. *a* Ante annum ferme, quā de isto sæculo raperetur, profunda cordis cōpunctione permotus, reliquit subito Ecclesiasticas occupationes & de ipso quoque Monasterio suo * secretò recedens, ad insulam * Circinam, paucis comitantibus fratribus, nauigauit. Vbi in quodā breui scopulo, cui nomen est Chilmi, vbi iā Monasterium fabricari mandauerat, lectioni, & orationi, ac ieiunijs vacās, veluti sciret appropinquare sibi nouissimū diem, *b* sic ex toto corde suo pœnitentiam gessit. Et quamuis tota vita eius, ex quo Monachorū professionem cōuersus ex toto corde suscepit, pœnitentię fuerit tempus, in hac tamen insula multò ampliùs, ac multò diligētiùs inchoanti similis, membra sua mortificauit, & in conspectu solius Dei fleuit. Inde iam plurimis de absentia Sacerdotis murmurantibus, caritatis necessitate constrictus, iterū descendit ad Monasterium suum, cōsueta hominibus religiosis exhibere solatia, laboresque durissimos pro vtilitatibus proximorum longanimiter sustinere.

Ianuar. a

* MS. *Bonif.* secretim.

* *al.* Cirtinam.

b

Redit ad suos.

a *Instante morte speciali studio præparari debemus.*

b *Præparatio ad mortem est pœnitentia præsolito austerior.*

1. Ianuar. 70 Non multi autē fluxerant dies, & ecce seruum fidelem bonus Dominus requirebat. Incidit enim repentè in corporalis infirmitatis acerrimas passiones, vbi septuaginta propè diebus ægritudine fatigatus, hoc solùm frequenter dicebat: Domine, da mihi modò hic patientiā, postea indulgentiam. *a*, Nec ab isto sermone aliquantulùm cessauit, siue dolor affligeret, siue febris incēderet, siue lassitudo dissolueret. Persuadentibus autem medicis, vt lauacris balneatibus vteretur, Numquid balneæ, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vitæ suæ tēpore, moriatur? * Si vera proximat mors, nec aquarum calidarum possunt fomēta repellere, *b* cur mihi, obsecro, persuadetis, vt rigorē diu seruatę professionis in fine dissoluam?

Eius in morbo patientia, & præclara precatio.

a

* *Sur.* Si verò proximam mortem

b.

a *In afflictionibus orandum ad patientiam obtinendam*

b *Qui austeritatis rigorem in vita obseruarunt, non debent facilìter intermittere infirmitatis occasione.*

71. Sic salutē suam supernæ voluntati fideliter credens, postquàm se sēsit sine aliqua dubitatione dissoluendum, vocans vniuersos clericos suos, præsentibus Monachis, allocutus est eos, dicens: Ego, fratres, animarū vestrarum saluti prospiciens, molestus apud vos forsitan, & difficilis extiti.

Petit à Clericis veniam.

Et

Et ideo obsecro vos, vt ignoscat mihi quisquis aliquid dolet. Et si forsitan seueritas nostra modum träsgressa est debitum, orate ne mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cumque talia Beato Fulgentio lacrymosis singultibus exprimente, cuncti simul super genua eius caderent, semper bonum, semper affabilem pro omnium salute, sicut decuit, inuigilasse clamantes; Prouideat ergo, ait, vobis Dominus Deus meus pastorem dignum se.

72 Tunc imperato silentio paululum requieuit. Et deinde curam pauperum gerens, requisita summa pecuniæ, de qua fidelissimus dispensator quotidie egentibus ministrabat, totum iussit expendi, per se ipsum memoriter recolens viduarum, pupillorum, peregrinorum, cunctorumque illic indigentium nomina: quibus quid singillatim daretur, propria deliberatione constituit: heredes in hoc sæculo non habens hereditatem tamen huius beneuolæ sollicitudinis pauperibus derelinquens. Sed nec suos clericos debita benedictione fraudauit, ipsorum quoque paupertati misericorditer consulens: ac secretè omnia diligenter prædinans, orans iugiter, & intrantes singulos benedicens, vsque ad extremam horam sana mente permansit. *Moriturus omnia pauperibus distribuit.*

73 Po-

1. Ianuar. lebrabat. Multitudo autem maxima populi Beatum Fulgentium, quem plus ceteris honorabat, concurrens alacriter comprimebat, donec sancta quorumdam Christianorum prouisio, rotam in circuitu faciens æstuanti, liberum præberet iter in medio transeunti.

2. *Facies Dei beatificans, quam desiderabilis, quando tant' opere recreat illa Fulgentij! Quia mirum si in eam desiderant Angeli prosp cere.* 1. *Pet.* 1. 12.

62. Probare tamen adhuc Dominus cupiens virorum fidelium caritatem, copiosis imbribus ambulantes mirabiliter inundauit. Et quis opera pietatis enarrare valeat, absque dispendio veritatis? Immensa pluuia neminem terruit, aut obsequium Sacerdotibus gloriosis præbere prohibuit: imo potiùs velut benedictione cælesti desuper descendente, tantum fides nobilium creuit, vt planetis suis super Beatum Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbres, & nouum tabernaculi genus artificiosa caritate componerent: imitatores eorum effecti, qui prioribus temporibus Saluatori super Matth. 21. pullum asinæ confidenti, & Hierosolymam venienti, vestimenta sua, sicut Euangelium loquitur, in via sternebant,

bant. Tale quippe aliquid, & isti fa- ciebant, qui proprijs indumentis Beati Fulgentij nudum caput vnanimiter protegebant. Vix ergo appropinquante vespere, sanctæ memoriæ Bonifacio Episcopo repræsentati, benedixerunt omnes, & laudauerunt communiter Deum. Tunc Beatus Fulgentius per omnes vicos Carthaginensis ciuitatis, vbicumque transibat, manibus, & oculis demonstrabatur, laudibusque innumeris prædicabatur.

1. Ianuar.

Gratias agunt omnes Deo.

63. Postquàm verò domos omnium diligentium se concitus visitauit, benedixit, & gaudere dignatus est cum gaudentibus, qui priùs fleuerat cum flentibus, cunctorum desideria satiauit; valefaciens fratribus, egressus est de Carthagine, per omnes proxi itineris vias gaudia maiora reperiens, in occursum suum populis vndique tendentibus cum lucernis, & lampadibus, & arborum frondibus, reddentibus gratiam ineffabili Deo, qui Beatum Fulgentium mirabiliter in conspectu omnium fecerat gratiosum. Per omnes Ecclesias tamquàm proprius Episcopus suscipiebatur, & sic de reditu eius omnis Byzacena prouincia velut plebs vna gaudebat.

Fulgentius amicos visitat,

Redit ad suos mirè exultantes.

64 *a* Quem, obsecro, gloriæ huius non extolleret magnitudo? Bea- a

tum.

1. Ianuar. tum tamen Fulgentium ad maioris
Habitat in humilitatis studium prouocauit. Ve-
Monasterio niens namque cum gloria populari,
Abbati su- dignitatem Pontificis priuilegio spe-
biectus. cialis venerationis accumulans, postquàm cathedram sedit, inter Monachos adhuc habitare desiderau*it*. Et ne videretur Abbatis Felicis aduentu suo minuere potestatem, imperandi Monachis omnem sibi ademit voluntariè facultatem, non suam, sed alterius volens ipse quoque facere voluntatem. Et qui adhuc Monachus dispensationem susceperat fratrum, iam Episcopus dominari noluit in proprio Monasterio: sic sollicite cauens, ne Felicem contristaret Abbatem, vt exhibens superuenientibus hospitalitatem, si quando vel multiplicari panem, vel aliquid amplius exhiberi necessitas experisset, Abbatis primò Felicis consilium requisisset. In omni denique concilio Byzaceno, de rebus maioribus ipse primus consulebatur: in Monasterio proprio de rebus etiam minimis Ab-
al. sup- batem Felicem * simpliciter consu-
pliciter. lebat.

a *Quò quis magis extollitur, & laudatur, magis humiliari debet* | *citauimus suprà Eccl.* 3. 20.

b *Humiles volunt potiùs subdi, quàm praeesse.*

65 Parum fuit Beato Fulgentio verbis, & operibus hanc humilitatem sequi, ac retinere, nisi per scripturam quoque firmaret, nihil se in illo Monasterio proprium vendicare, nec pro potestate, sed pro caritate inter Monachos habitare. Considerans enim vir prouidus, ne quod serui Dei simplices preiudicium posteà paterentur, obicem cōtradictionis in hac scriptura successoribus suis opposuit, quia vtilitati Monachorum seruientium Deo nihil p̄posuit. Emit tamen iuxta Ecclesiam domum, cui fabricādæ curam maximam diligenter impendit, ne futuro successori suo deesset hospitium. Clericorum vero, si qua * defuerunt, ministeria reparans, probatos sibi multos ex fratribus Monachis ad Ecclesiasticam militiam transtulit. Ibi quoque caritati consulens, vt dum pene omnes clericos ex illo Monasterio ordinat, antiquæ familiaritatis manente notitia, nulla lis aliquando Monachos, & clericos ventilaret. a Summam quoque diligentiā præbuit, ne quis clericus ambitiosis vestibus ornaretur, ac negotijs secularibus occupatus, ab officio Ecclesiastico diutius vagaretur; iubens omnes non longè ab Ecclesia domos habere, manibus proprijs hortum colere, psallendique suauiter, aut pronuntiandi

* al. defuissent.

Monachos Ecclesiastici ministerijs adhibet.

a Clericorū magnā curam gerit.

1. Ianuar. tiandi curam maximam gerere.

a Clericorum qua studia? Item Ecclesiastici debent vacare negotijs sacularibus ne distrahantur à spiritualibus.

Ieiunia & publicas preces constituit. 66 Per singulas septimanas omnes clericos, ac viduas & quicumque potuisset ex laicis, quarta, & sexta feria statuit ieiunare: quotidianis vigilijs, matutinis, & vespertinis orationibus adesse præcipiens omnes. Aliquantos inquietos verbis aliquantos verberibus coërcebat, quos culpa manifesta *Vitia castigat.* flagellari coëgerat. Ita vitia cunctorũ salubri dispensatione mordebat, vt nullius interferens nomen, omnes cogeret metuere, & latentia quoq. pec- *Dissidia tollit.* cata salubriter timendo delerere. Veruntamen quomodo inter proprios clericos minorem posset habere cautelam, qui diuturnas etiam finitimarum plebium lites, & contentiosa certamina dirimebat? Ipse denique Maximianensis animositatem plebis, ordinatum sibi Episcopum recipere nolentis, salubri admonitione sedauit, debitumque finem grauissimo scandalo statuens, cuncta inter eos modeste, & salubriter pacificans ordinauit.

**al. Viue censi.* 67 In Concilio quoque *Vincensi iudicio Sacerdotum omnium, qui conuenerant, Episcopo cuidam, no- **MS. Rip. Quoduult Deo.* mine *Quoduultdeus, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus,

tus, & prælatus, ipso die, & tempore 1. Ianuar.
tacuit, nec auctoritatem Concilij ex-
cusando minuere voluit: Sed vbi post *Vult alteri*
Concilium dolere sensit Episcopum, *postponi in*
timens propter suum honorem gene- *Concilio*
rare fratri scandalum, a meliusque iu- a.
dicans per caritatem se fieri minoré,
quàm sine caritate maiorem, Sufeta-
ni postea Concilij gloriosum respi-
ciens adesse conuentum, precem sup-
plicem coram omnibus fudit, vt sibi
rursum, se volẽte, Quoduultdeus Epis-
copus præferretur, vt nomine suo po-
steriùs recitato, lætus deinceps viue-
ret, consacerdotis animo recõciliato.
Mirati sunt Episcopi humilitatem ta-
lia postulantis, nec contristare volue-
runt offerentem Deo sacrificium hu-
militatis, ad custodiẽdam spiritus so-
cietaté in vinculo caritatis. Vbi sunt
nunc illi, quibus eminendi super ce-
teros dominatur affectus, qui se etiã
suis Prioribus anteponunt, indebitã
sibi priuilegia vendicãtes? Ecce Bea-
tus Fulgentius nec primatum, quem
meruit, defendere voluit: quia sine
caritate prior esse alicui minimè con-
cupiuit.

a *Propter charitatem conseruandam etiam suo iuri renunciandum.*

68. Catholicæ Ecclesiæ singularis
magister, & Doctor, quamlibet inter
varias occupationes hic in Africa

pa-

8. Ianuar. parum vacaret, plurimos tamen Ecclesiasticos sermones, qui in populis dicerētur scribēdos dictabat. a Vbicumque sermonē faciebat, omnium animos demulcebat; nec inanes, & vanissimos plausus; sed cōpunctionē generans cordis Expectauit eum sanctæ memoriæ Bonifacius Episcopus Ecclesię Carthaginensis, apud * Burnos Ecclesiam dedicans, duobus diebus se præsente tractantem: quando tantum delectatus est audire verbum Domini de ore eius, vt donec ille sermonem finiret, ipse terram lacrymis irrigaret, agens gratias Deo, cuius gratia semper in Ecclesia Catholica sūmos excitat præclarosq. Doctores. * Multa iam reuersus de exilio condidit noua; decem libris Fabiani mentientis falsa gesta, conuincens: de veritate prædestinationis, & gratiæ libellos tres confecit, aliaque multa digessit: quæ si quis scire voluerit, in eius Monasterio veraciter scripta reperiet.

a Concionatur.

* *al.* Furnos.

Alia scribit.

* *al.* iam reuersus de exilio nouem, & decem libros, &c.

a *Concionatores suis concionibus non applausus, sed compunctiones cordium generare debent in auditoribus.*

CAPVT XXX.

Eius obitus, sepultura, successor.

Secedit vt pœnitentiæ vacet.

69 NObis autem iam tempus est dicere, quomodo post omnia bona

ona opera sua requieuerit, ad cæli regna tiãslatus. *a* Ante annum ferme, quã de isto sæculo raperetur, profunda cordis cõpunctione permotus, reliquit subito Ecclesiasticas occupationes & de ipso quoque Monasterio suo * secretò recedens, ad insulam ' Circinam, paucis comitantibus fratribus, nauigauit. Vbi in quodã breui scopulo, cui nomen est Chilmi, vbi iã Monasterium fabricari mandauerat, lectioni, & orationi, ac ieiunijs vacãs, veluti sciret appropinquare sibi nouissimũ diem, *b* sic ex toto corde suo pœnitentiam gessit. Et quamuis tota vita eius, ex quo Monachorũ professionem cõuersus ex toto corde suscepit, pœnitentię fuerit tempus, in hac tamen insula multò ampliùs, ac multò diligẽtiùs inchoanti similis, membra sua mortificauit, & in conspectu solius Dei fleuit. Inde iam plurimis de absentia Sacerdotis murmurantibus, caritatis necessitate constrictus, iterũ descendit ad Monasterium suum, cõsueta hominibus religiosis exhibere solatia, laboresque durissimos pro vtilitatibus proximorum longanimiter sustinere.

1 Ianuar.
a
* MS. *Bonif.* secretim.
* *al.* Cirtinam.
b
Redit ad suos.

a *Instante morte speciali studio præparari debemus,*

b *Præparatio ad mortem est pœnitentia præ solito austerior,*

1. Ianuar.

Eius in morbo patientia, & praeclara precatio.

70 Non multi autē fluxerant dies, & ecce seruum fidelem bonus Dominus requirebat. Incidit enim repentè in corporalis infirmitatis acerrimas passiones, vbi septuaginta propè diebus ægritudine fatigatus, hoc solùm frequenter dicebat: Domine, da mihi modò hic patientiã, postea indulgentiam. *a* Nec ab isto sermone aliquantulùm cessauit, siue dolor affligeret, siue febris incéderet, siue lassitudo dissolueret. Persuadentibus autem medicis, vt lauacris balneatibus vteretur, Numquid balneæ, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vitæ suæ tẽpore, moriatur? * Si vera proximat mors, nec aquarum calidarum possunt fom ẽta repellere, *b* cur mihi, obsecro, persuadetis, vt rigorē diu seruatę professionis in fine dissoluam?

* *Sur.* Si verò proximam mortem.

a *In afflictionibus orandum ad patientiam obtinendam*

b *Qui austeritatis rigorem in vita obseruarunt, non debent faciliter intermittere infirmitatis occasione.*

71 Sic salutē suam supernæ voluntati fideliter credens, postquàm se sẽsit sine aliqua dubitatione dissoluendum, vocans vniuersos clericos suos, præsentibus Monachis, allocutus est eos, dicens: Ego, fratres, animarũ vestrarum saluti prospiciens, molestus apud vos forsitan, & difficilis extiti.

Petit à Clericis veniam.

Et

Et ideò obsecro vos, vt ignoscat mihi quisquis aliquid dolet: Et si forsitan seueritas nostra modum trâsgressa est debitum, orate ne mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cumque alia, Beato Fulgentio lacrymosis singultibus exprimente; cuncti simul super genua eius caderent, semper bonum, semper affabilem pro omnium salute, sicut decuit, inuigilasse clamâtes; Prouideat ergo, ait, vobis Dominus Deus meus pastorem dignum se.

72 Tunc imperato silentio paululùm requieuit Et deinde curam pauperum gerens, requisita summa pecuniæ, de qua fidelissimus dispensator quotidie egentibus ministrabat, totum iussit expendi, per se ipsum memoriter recolens viduarum, pupillorum, peregrinorum, cunctorumque illic indigentium nomina: quibus quid singillatim daretur, propria deliberatione constituit: heredes in hoc sæculo non habens hereditatem tamen huius beneuolæ sollicitudinis pauperibus derelinquens. Sed nec nos clericos debita benedictione fraudauit, ipsorum quoque paupertati misericorditer consulens: ac secrete omnia diligenter præordinans, orans iugiter, & intrantes singulos benedicens, vsque ad extremam horam sana mente permansit.

Moriturus omnia pauperibus distribuit.

73 Po-

Ianuar. 73 Postremo die Kalendarum Ianuariarum, post peractam vesperam, beatum spiritum feliciter in manus Domini tradidit, annum sui Episcopatus agens vicesimum quintum, vitæ autem totius sexagesimum quintum, sicut multis antè fratribus mori proximus indicauit. Ipso autem die sanctum corpus eius sepeliri minimè potuit, sed in oratorio Monasterij constitutum, tota nocte illa in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus vigilare Monachos simul, & clericos inuitauit. Manè verò postquàm multitudo maxima populorum de locis finitimis ad exequias venit, Sacerdotum manibus ad Ecclesiam ciuitatis, quæ Secunda dicitur, vbi etiam reliquias Apostolorum constituerat, deportatus, sortitus est honorabile monumentum. Primus planè in eadem Basilica Pontifex poni meruit, vbi nullum mortuum neque Sacerdotem, neque laicum, sepeliri consuetudo sinebat antiqua. Sed magna vis dilectionis, remouerat impedimentum consuetudinis, ambientibus vniuersis ciuibus, & cum summa deuotione quærentibus, vt vbi vir sanctus, & Deo amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videretur adiunctus.

Moritur Kal. Ian.

Honorificè sepelitur.

74 Pro-

74 Probauerant quippe sæpiùs, quanta bona illis oratio Beati Fulgentij præstiterat, & quanta mala repulerat: sicut posteà manifestis indicijs euidenter apparuit, quando post non plurimos dies *arcessionis eius, gens inimica Maurorum Ruspense territorium repentè vexauit, rapinis, cædibus, incendijs multa deuastans, atque intra ipsos Ecclesiæ parietes, quos inuenire potuit, iugulans. Quis Beati Fulgentij gratiam non miretur? Quamdiu vixit, furorem belli ciuitas illi commissa non sensit: & cùm tota penè prouincia captiuitatem sustineret horribilem, Ruspa fuit incolumis propter Sacerdotem venerabilem, cuius vita proprijs ciuibus murus fuit.

1. Ianua.

*al. accessionis. Sur. decessionis

Mauri Ruspense territoriū populantur.

75 Nec hoc interim prætereundum silentio iudicaui, quod dum ei successor idoneus quæreretur, discordantibus laicis, & Clericis, annum propè integrum prolixitas contentionis exegit, vt illa die sanctitas Tua super eius cathedram sederet, quo ipse defunctus est. Ornari quippe hoc priuilegio meruit prima solemnitas eius depositionis, vt multo ampliùs venerabilis fieret per gaudia Tuæ ordinationis. Vis autem nosse, quomodo non fortuitis motibus ista prouenerunt, sed illius orationi-

Succedit ei anno post ipso ià è canis curante Fulgentio.

Isidar. tionibus demonstrantur esse concessa? Recole visionem fidelissimam Beati * Pontiani Episcopi Thenitani,

MS. Rip. Pontica-ni;

quam sic ipse narrauit: Eunti mihi secundùm præceptum Datiani Primatis, vt Ruspensi Ecclesiæ eligeretur Antistes, idem Beatissimus Fulgentius per tempus quietis apparuit, & affabili, sicut solebat, adspectu salutans amicabiliter. Quò, inquit, nunc sanctitas tua velociter ambulat? Cui respondi: Vt Episcopus Ruspensi Ecclesiæ eligatur. Ille verò subridens. Iam, inquit, ordinatus est Nonne non apparet ipsius orationibus fuisse perfectum, quod est visitante prædictum? Qui ergo confirmationem nouerat necdum electi, vel ordinati, diem quoque quo in cathedra considere poterat ordinatus, iam orando meruerat Votis itaque continuis, & fideli deuotione semper optamus, vt gloriæ illius factus particeps in æternum non indi nus tanto prædecessore feliciter viuas, operisque huius de perfectione nobiscum Domino gratias agas, & pro his, quæ minùs forte dicta sunt eloquenter, ab omnibus sapientibus Lectoribus veniam petas.

FINIS.